

FIDES JOBI
De
CHRISTO, RE-
DEMPTORE VIVO, ET
MORTUOS IN VITAM REVOCANTE,
C. 19. v. 25. & seqq. descripta.

De qua,
Annuente Altissimo,
In inclyta VVitt. Academia,
SUB PRÆSIDIO
BALTHASARIS MEISNERI
SS. Theolog. D. & Profel. Publ.
RESPONDENTE
M. SALOMONE LENZIO

In auditorio Majori disputabitur 19. Januarij,
horis à 7. matutinis.

VVITTEBERGÆ,
Typis Iohannis Gormanni

M. DC. XVI.

T 162 (8)

De

SOLATIO IOBI,

Cap. 19, v. 25 seqq.

Scio, quod Redemtor meus
vivit, &c.

THEISIS I.



Ullum efficacius solatium mortis
tempore haberi potest, quam ipsi future reurre-
ctionis. Si enim restituentur omnia, facilis erit
temporalis iactura. Si nunc corpus nostrum
ψυχικὸν affligitur morbis; tandem finis erit,
cum resurget πνευματικὸν, ubi planctus in plau-
sum, dolor omnis in jubilum commutabitur.

II.

Hoc considerans Beatus JOBUS, cum in summis angustiis
esset constitutus, & ab amicis desertus, animum tandem summis, &
recordatione late resurrectionis semetipsum sustentavit, quan-
do C. 19. v. 25. in hac verba erupit: Scio, quod Redemtor meus vivit,
&c. Quem textum hactenus Ecclesia unanimi consensu de resu-
scitatione corporum, & securatur in cælis lætitia exposuit, ideoq;
omnibus afflictis diligenter inculcavit, ut testimonium fidei, ful-
crum spei, & nucleus omnis solatij.

III.

Reperiuntur autem, qui nunc eum vocare in dubium ausint, Nova ver-
contendentes, JOBUM verba facere non de resurrectione corporis, sed de horum expre-
restituione sanitatis; non de gloria sempiterna in cæli, sed de felicitate tem-
porali in terris, fore nimis, ut licet nunc affligatur; DEVS tamen ultimo
vite tempore non modo firmam corporis valetudinem, sed injuper plura bona
& maiorem gloriam, quam haberit unquam, sit restituturus. Elle igitur
vaticinium defutura prosperitate, cuius complementum describa-
tur cap. ult. v. 12.

A 2

IV. Hanc

IV.

Hanc interpretationem urget imprimis Georgius Eniedimus,
Neo Arianus, sequens hac in parte quosdam Rabbinos iudeorum,
à quibus & Merterius in suis Commentationibus videtur deceptus.
Quin & olim quidam Eugubinus textum hunc suspectum reddere
voluit, notante Pinedè in cap. 19. Jobi. v. 25. p. 100. a. num. 12. Ut
autem de sententiâ Eniedini magis constet, verba ejus & argumen-
ta initio adscribemus omnia, quibus hunc textum vocare voluit
in dubium. Leguntur illa in Explicatione locorum Veteris ac
Novi Testamenti, p. 51. & seqq. Tres autem, pricipue circumseruntur hu-
jus loci interpretatione:

Eniedini o-} Nam primò quidam vulgatum interpretem secuti, Iobum in istis verbis,
penio de sen- de futurâ mortuorum resurrectione loqui adfirmant, qui in hac afflictione suâ,
su verborum eo se consoletur, quid etiam si nunc morbis & doloribus consumatus, in pulvorem
dobi. sit redigendus, certo tamè sibi persuadeat, fore, ut eodè corpore resunto, vivifica-
tus tandem resurgat; & felicitate eternâ, qua in visione Dei cōficitur, perfruatur.

” Sed hanc interpretationem doctissimi quicq; duobus pricipue argumentis
” oppugnant. Primo, quod dicitur hic locus de resurrectione mortuorum ageret. He-
brei, qui aequè ut Christiani resurrectione credunt & confitentur, hoc annos af-
fert, & sic interpretati verba Iobi suissent. Sed cum nemo Rabinorum sic de eo
” sit locutus, argumento esse potest, aliam esse verborum sensum. Deinde
” Grammaticam quoq; ipsam, interpretationem vulgatam refellere dicunt.

Alij ergo, Iobum his verbis suam sanitatem & valetudinis prospera re-
” stitutionem sperare & polliceri affirmant. Quam interpretationem Ochinus
” lib. 1. Dial. 2. sic expressit: Scio eum, qui injuriosa vestra in me verba
” vindicatur est, & vivere, & semper victum esse, suâq; virtute
me, qui nunc monstri instar pelle exutus sum, denuo vestiturum.
” esse pelle meâ, ita ut sanus, qualis antè fui, iterum evadam. Atq; ita
” demum solus ego, qui tot miseras expertus sum, DEI bonitatem
” singularem experiar. Hac ille.

Quae interpretatio confirmari ex postremo hujus libri capite potest. Nam ibi
” scribitur, IOBVM in novissimis à DEO, & prisina sanitati esse restitutum, &
” feliciorem quam ante auferat, redditum: Dominus autem (ut legimus v.
12.) benedixit novissimis Job, magis, quam principio ejus.

Quod autem ait hoc loco IOB, se DEVUM ex carne sua visurum, hoc quoq;
” Capite eodem v. 5. evenisse scribitur. Ait enim IOB ad DEV M: Auditu au-
” ris audivite, nunc autem oculus meus vider te.

Tertiè

Tertio quidam lobum de resurrectione tam Christi, tum sua, hic loqui
adfirmant: quorum interpretatio talis est: Scio enim, hoc est, novi ex sive
& Spiritu Dei, quod Redemptor meus, hoc est, Christus, vivit, id est,
verus & eternus semperq; vivens est DEVS: & in novissimo die, id est,
cum incarnabitur, supra pulverem surget, stabitque, id est, resurget a
mortuis. Et postea, id est, tempore extremi judicii, cutis mea, id est,
cadaver & corpus meum, quod corroserunt, scilicet morbi & vermes, sub
intelligendum dicitur nouus resurget, quemadmodum redemptor, eoque
vivit sicut & ille: Et ex carne mea videt o Deum, id est, etiam corporis
oculis intuebor ipsum Christum. Hac estistorum interpretatio.

Istarum interpretationum priores duas examinare, non pertinet ad
nostrum institutionem, nam præterquam, quod plam continent sententiam, no-
stram de DEO confessionem non ledunt, nec ulla ex parte attingunt. Sed
cum ultima nobis & veritati adversetur: de ea atiquid dicamus necesse est.

Primo igitur, quod per Redemptorem: Christum intelligit, nimis arbitriarum est. Scimus enim, hoc Epitheton, non solum Christi, sed etiam aliorum & sepissime DEI Patrius esse in Scriptura: Atque ne plura nunc asseramus testimonia, 2. Reg. 7. v. 23: legitimus, propter quam ivit Deus, ut redimeret eam sibi in populum. Et mox, Quem redimisti tibi ex Aegypto. Nihil ergo impedit, hic quoque per redemptorem intelligere Patrem. Imò illum, & non alium esse intelligendum doctissimi, & Heretica lingue peritisimi interpres, quamvis Trinitarij, ultrò satentur. Ita enim Mercerus in hunc locum scribit: Nostrí ferè omnes, tam veteres quād recentiores, hunc versiculum cum duobus sequentibus, ad resurrectionem referunt, quam hoc loco Job astruat & per redemptorem Christum intelligunt, & quod dicit, super pulvrem stabit, de Christo juxta humanitatem, in terra post omnes homines consumtos, & postea suscitos, ac voce Archangeli congregatos, ad judicium comparituro accipiunt. Sed ego cum Hebreis totum hunc locum alter accipo. Quod si de resurrectione futura his loqueretur Job, non erant haud dubie id prætermisso Hebrei, qui & ipsi resurrectionem credunt. At ne unum quidem ex sex, aut septem Hebreorum commentariis invenies, qui eò referat: Nec Jobi oratio, si diligenter & propius inspicias, aut voces eò spectant. Redemptorem DEVM Patrem intelligo, etsi fides veterum sine dubio erat in DEUM Patrem, per Messiam redemptorem. Verum simplex sensus est de DEO Patre,

A 8

Hec

Hac Mercerus, tui succinit Tremellius; Redemptorem meum seu
vindicem: Est autem is DEUS Pater, in Filio, per Spiritum.
Vbi licet Tremellius, Trinitatis faciat mentionem, tamen clare satetur, Re-
demtoris nomen, ad Patris personam pertinere.

Iam vero secundo loco, ubi in hac tertia interpretatione dicitur,
verborum illorum, novissimus supra pulverem surgat vel stabit; sen-
sum esse, quod i Redemptor mortuis resurgent; Primo à doctissimis in-
terpretibus refellitur: Nam sensum locationis hujus si explicat Vatablus:
Novissimus super terram consistet, id est, quod sit futurus omnium no-
visimus, hoc est, quod in aeternum si viciurus. Mercerus autem huius verbis:
Et quod scilicet postremus super pulverem, id est, in terra stabit,
permanebit, stabilis erit. Sic verbum stabit saepe sumitur pro
stabilis fuit, ut apud Eusebium: Et verbum Domini in aeternum persistabit.
Et mox: Quod ait, & postremus super pulverem, terram, stabit, manebit,
intellige, quod omnibus hominibus, qui super terram habitant,
consumat, ut omnes homines consumi oportet; ipse sit omnium
postremus futurus, & aeternum persistens: Juxta illud quod
apie Dominus de se Es. 44. inquit: Ego sum primus & postremus, q. d.
aeternus & sempiternus. Hec illi.

Præterea, quomodo est verisimile, Iobum aliquid de resurrectione
Christi scivisse aut cogitasse, cum ne apostoli quidem, quamvis sepè à Christo
admoniti & docti, illam sciverint aut crediderint, antequam manifestis &
crebris rediviri Christi apparitionibus tandem confirmati sunt?

Denique id quoque interpretatio, Ex carne meâ videbo DEU-
M, id est, etiam corporeis oculis, intruebor Christum, falsa est. Nam illud
ex carne meâ, docti sic interpretantur: Vatablus; Ex afflictione, quam
sentio in carne meâ: Mercerus itidem q. d. ex afflictione carnis meæ
tanta. Et idem: Videbo, contemplor DEUM, id est, DEI poten-
tiam, providentiam, & suam in me beneficentiam agnosco. Sic
& Vatablus: Video DEUM, id est, tentio DELIM esse, qui me affli-
gar, ne putes me illeum ignorare.

Contra illud autem, quod in istâ explicatione dicitur, Corporeis o-
culis, discrè & aperte scribit Mercerus. Ego specto mihi, id est, con-
templor, cerno in hoc tanto morbo, & oculi mei viderunt, vi-
denter, non corporaliter, sed spiritualiter, per posteriora, ejus vim
acie oculorum mentis contemplor.

Ex

Ex quibus sati manifestè liquet, illam tertiam interpretationem considerare non posse, neque hinc elici, lobum, pro Redemptore vivente, qui cum quoque, cùm ipse affligebatur, DEVS fuerit eternus, Christum agnoscere. Et haec tenus Eniedini verba ac argumenta recensuimus, quæ contra consuerant Jobæi textus interpretationem afferre voluit.

V.

Quia vero temerarium est, ab Ecclesia ἐξηγήσθαι, tanto consensus haec tenus proposita & inculcatâ, discedere, idcirco dictum hoc classicum, ordinariæ disputationis loco, diligenter considerabimus, & à strophis adversariorum vindicabimus. Quod ut fiat rectiori ordine, discursum hunc nostrum septem præcipue membris inclusum dabitur.

Primum continebit post textum, ἔχαριθμον variarum versionum.

Dispositio
hujus differ-
tationis.

Secundum, brevem textus Hebraicæ ανάλυσιν.

Tertium, ἐνθεον vel τελεόφρεσον.

Quartum, Theologicam ἀπόδεξιν.

Quintum, contrariarum rationum ἀπίλυσιν.

Sextum, brevem ad quæstiones nonnullas è textu fluentes ανταπόκρισιν.

Et denique septimum, quorundam locorum communium ἀποσημεώσιν.

VII.

Membrum primum.

Ε Ε Α Ρ Ι Θ Ο Μ Η Σ Ι Ζ V E R S I O N V M .

Textus.

V. 25. וְאַנְנָן בְּרִיעֵת פְּאֵלִי כִּי אַחֲרָיו עַל־עַפְרָיו יָכוֹם :

V. 26. וְאַתָּה אָזְרֵי נֶקְפֵת־אָרֶת וּסְבִטְלֵי אֲחוֹת אֱלֹהִים :

V. 27. אֲשֶׁר אָגַג אֲחוֹת־לֵו וְשִׁנְיָרָא וּלְאָזָר בְּלוּ כְּלִוּתִי :

Textus.

Versio LXX interpretum.

Variant nonnihil editiones versionis Græcæ. Nam aliter legitur & distinguitur in opere regio: aliter in editione Basiliensi-

fi, anno 1545, excusa in folio, per Johan. Hervagium, In opere regio sic legitur:

V. 25. οἴδα ἐγώ, ὅτι αἰνιάνος θεῖν ὁ ἐχλύειν με μέλλων, ἢ της αἰνασῆσαι

V. 26. τὸ δέρμα μα, τὸ αὐτόλην ταῦτα. καὶ γὰρ πονεῖται ταῦτα μοι σωμεῖλεθν.

V. 27. ἀ ἐγώ ἔμαυλον σωμεῖσαι μα, ἀ ὄφια λιμός μα ἐώρεται, ηγή ἐπὶ ἀλλοῖ, πάντα δὲ μοι σωμεῖλεται ὡς κόλπω.

Quae verba in eodem opere regio sic redduntur:

V. 25. Scio ego, quod̄ eternus est, qui solvere me debet, super terram suscitare

V. 26. Pellem meā, quæ tolerat hæc: Ab enim Domino hæc mihi confecta sunt.

V. 27. Quæ ego mihi conscius sum, quæ oculus meus vidit, & non aliud, omnia autem mihi consummata sunt in sinu.

Editio autem Bassileensis sic habet:

Οίδα γδ, ὅτι αἰνιάνος θεῖν ὁ ἐχλύειν με μέλλων, ἢ της αἰνασῆσαι τὸ δέρμα μα, τὸ αὐτόλην ταῦτα, καὶ γὰρ πονεῖται μοι σωμεῖλεθν.

Differentia lectionis consistit potissimum in tribus. 1. Bassileensis editio loco pronominis ἐγώ habet conjunctionem causalem γδ, id quo tamen in sensu nihil immutat. 2. Editio regia v. 25. habet infinitivi activi aoristum 1. αἰνασῆσαι suscitare, ubi repetendum est precedens participium μέλλων, ut sit sensus: qui vult etiam aut debet suscitare. Exemplar vero Bassileense habet futurum indicativi medii αἰνασῆσαι suscitabit. 3. Editio regiav. 26. legit τὸ αὐτόλην; Bassileensis autem habet αὐτόλην, quod participium est ab αὐτόλεω, exhaucio, absumo; unde est Latinum antlare, & exantlare, quo pacto una Jobi miseria & tolerantia vel malorum exantlacio innuitur.

Vulgata versio:

V. 25. Scio enim, quod̄ Redemptor meus vivit & in novissimo die de terra surrecturus sum.

V. 26. Extrahim circumdabor pelle meā, & in carne meā videbo DE U M. Y. 27.

V. 27. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt,
& non aliis; reposita est haec spes mea in sinu meo,

Versio Lutheri:

V. 25. Aber Ich weiss/das mein Erlöser lebet/vnd er wird mich her-
nach auf der Erden auferwecken.

V. 26. Und werde hernach mit dieser meiner Haut vmbgeben wer-
den/ Und werde in meinem Fleisch Gott sehen.

V. 27. Denselben werde ich mir sehen/vnd meine Augen werden ihra
schauen/vnd kein frembder. Meine Nieren seind verzehret in
meinent schoß.

Targum vel paraphrasis Chaldaica.

V. 25. Et ego scio, quia Redemptor meus vivit, & posthac redemi-
tio ejus conlurget super me.

V. 26. Et postquam inflata fuerit pellis mea, erit hoc: & de carne
mea videbo iterum DEUM.

V. 27. Qem ego visurus sum mihi, & oculi mei videbunt, & non
alius: Consumti sunt renes mei in sinu meo,

Versio Vatabli.

V. 25. Ego quoque novi, Redemptorem meum esse viventem,
& novissimum (qui) super terram surget.

V. 26. Ac post pellem meam contriverunt istud, & ex carne mea
videbo DEUM.

V. 27. Quem ego visurus sum mihi, & oculi mei conspecturi sunt,
& non alienus: defecerunt renes mei in sinu meo.

Notari autem potest hic obiter de Bibliis Vatabli, quod
versionis istius non tam Vatablus, quam Calviniani quidam au- Annotatione
de Bibliis
Vatabli.
thores exticerint: 2. Pontificij autem postmodum sub nomine
Vatabli euulgárunt, cuius rei testem adducimus Thuanum, insi-
gnem candidumque historicum, qui lib. 36. histor. p. 714. edit:
Offenbach, anno 1609. in fol. ita scribit: Novæ Bibliorum editioni
anno clo 15 XLI. Tiguri publicatæ, quam LEO Iude inchoaverat, &
moriens, ut opus persequerentur, collegis in fidem religiosè adactis trans-
scriperat, ultimam manum imposuit Bibliander, Chonradi Pellicani & Pe-
tri Cholni Tugensis Graeca lingue peritiissimi operâ adjutus, quam transla-
tionem in suâ editione biennio post ad veterem adjectit Robertus Stephanus

*Suppreſſā corum, qui in illa laborārunt, mentionē, & Hispani Theologi dia
poſt recognitam per Gu. Rovillium deniū Lugduni excudendam curaverunt.
Quod eo commemos andum duxi, ut versionis tanti apud nos & Hispanos ipſos
facte origo cognosceretur, & insigne documentum extaret, quid utilitatis
ex adverſorium libris & industria, ſi emotis odiis caritatem & equitatem
induamus, ad Dei gloriam capi poſit. Occaſione hac notari potest ejus-
dem Thuani translatio metrica, quā ſenſum lobii ita expreſſis lib.*

fol. 20, b. O uinam & qua dicta, & qua dicenda ſuperfiant,

Cumq; olim memor pateant mandata libello.

Ferre acu deſcripta aut plumbo expreſſa, diuine

Mansuro ſeru ſilici ſcalpantur in ævum.

Vivit enim Deus ille mee vindex q; salutis,

Atq; pater vite, terris poſt ſecla ſuperſiles

Vlīma: quem, cūm abſumpta meos cutis exuet artus,

Coram irreflexis oculis, veloq; remoto,

Ipſe mei compoſit liquidag; in luce videbo,

Verlio Pagnini.

V. 25. Et ego novi Redemptorem meum vivum & novissimō ſu-
per pulvrem (vel terram) ſtaturum.

V. 26. Et poſquam pellem meam contriverint hanc: & de carne
mea videbo DEUM.

V. 27. Quem ego viſurus ſum mihi, & oculi mei viderunt (ſeu vi-
debunt) & non alienus: defecerunt renes mei in ſinu meo.

Versio Caſtalionis.

V. 25. Evidem ſcio, vindicem meum vivere, & poſtremō in ter-
ram ſurreeturum eſſe.

V. 26. Et poſtea hoc iplum circumdatum iri meā cute, & me ex
meo corpore viſurum eſſe DEUM.

V. 27. Quem quidem ego ipſe viſurus ſum, & meis ipliſius, non
alterius oculis aspecturus ego, Cujus renes in me penitus
conſumuntur.

Versio Tremellij.

V. 25. Evidem ego novi, Redemptorem meum vivere, & poſte-
riorem ſuper pulvrem resurreeturum.

V. 26. Et poſquam (vermes) confoderint iſtud, evigilate me:
tum carne meā viſurum eſſe DEUM.

V. 27. Idem, qui ſu:n, ac non alienus viſurus ſum mihi, & oculi
mei

mei aspectui: (ramen) eohsumuntur renes mei in sinu meo.

Verlio Piscatoris,

V. 25. Ich zwar weiss / das mein Erlöser lebet / vnd das er der lege
auf dem staub stehen wird.

V. 26. Und wiewol sie nach meiner Haut dieses durchstochen haben:
so werd ich doch auf meinem Fleisch Gott sehen.

V. 27. Welchen ich mir sehen werde / vnd meine Augen werden Ihn
schawen / vnd kein frembder / Wiewol meine Nieren verzerrt
sind in meinem Busen.

VII.

Ex hac præcipuarum versionum commemoratione, lucu-
lenter pareat, quanta præsentis textus sit difficultas, partim ob ora-
tionem abruptam & Ellipticam, partim ob verborum quorundam
ambiguitatem, unde factum, ut tam discrepantes, planeque dis-
sonantes versiones prodierint, quas singulas conciliare & earum
rationes inquirere, operosum magis fuerit, quam fructuosum,
imodo etiam ob summam dissonantiam impossibile videretur. Pro-
inde nos fontes cum primis attendemus, & quis ex textu Hebraeo
sensus fluat, sequentibus membris diligenter considerabimus.

II X.

Membrum secundum.

ΑΝΑΛΥΣΙΣ TEXTVS HEBRAEI.

¶] Et ego] Incipit hūc sermonē Jōbus à litera I, quæ copulari
ac si sūt vester consensu cum omnibus fidelibus exponere & di-
cere: Cūm alij fideles credant, Ego quoq[ue] cum iis profiter & novi, Redem-
torem meum vivere. Hoc erat istud, quod ad memoriam stylo fer-
reto in petra scribi exoptabat, LXX. & vulgata Istud Vau causali-
ter exponunt per ρδ vel enim; Tremellius & Piscator vertunt.
Quidem Lutherus, Aber sic si respiceret Jōbus ad suas calamita-
tes & diceret: Multis angustijs quidem premor: SED scio efficax solatum,
in Christo Redemptor: repositum, &c.

¶] Prima præteriti à radice ρδ scivit, exper-
tus est, novit, percepit, animadvertisit; Et notat plenam, certam
indubitatemq[ue] rei scientiam, Ita sumitur saepissime, ut Gen. 15 v. 13.
1 Sam. 24 v. n. &c. Marinus ait, propriè significare cognitionem sensus, pōst
intellectu, cūm nihil sit in intellectu, nisi quod prius fuerit in sensu.

B 2

Sed

Sed in genere sumitur de quavis cognitione. Sive sit 1. sensualis. 2. sive mentalis. 3. sive fidelis aut Theologica, quando fide aliquid intelligimus, ut loquitur Apostolus, Heb. 11. v. 3.

¶ Redemptorem meum] Est participium à radice **לְנָא** redemit, vindicavit; hinc **לְנָא** redimens, vel Redemptor aut index, qui, notante Buxtorfio in Lex. p. 108. habebat jus vindicarum, & vel propinquai intersecti sanguinem vindicabit jure propinquitatis, ut Num. 35. v. 12. vel absque liberis defuncti bona & hereditatem redimebat, ut Lev. 25. v. 25. vel ex propinquâ semen excitabat, ut Ruth 2. v. 20. & c. 3. v. 12. Inde pro propinquo vel cognato sumitur, cui jus illud debebatur ut 1. Reg. 16. v. 11. Haber verò **לְנָא** cognitionem eum **לְנָא** volvit, ideoque propriissime significat, rem alio devolaram ad se revolvere, hoc est, redimere, in libertatem afferere. Quare **לְנָא** non denotat simplicem aut qualemcumque Redemptorem, sed sanguine vel affinitate conjunctum cuicunque liberato. Hinc Filius Dei tanquam **יְהֹוָה** **בָּרַע**, & nobis sanguine juncto, propriè tribuitur, ut Psal. 19. v. ult. Psal. 72. v. 14. Psal. 74. v. 2. Psal. 78. v. 35. &c. ubi LXX. interpretes habent **λιγένην**, **λιγεθής**, **λιγεότος**. Hoc loco verterunt **οὐκλίνειν** **μετάλλων**. Duo igitur radix ista plerunque involvit. 1. Cognitionem Redemptoris, 2. Vindicationem interventu **λύτρων** vel pretij.

לְנָא Vivum] Est à **לְנָא** id est, vixit: vel potius à **לְנָא**, unde participium **לְנָא** vivens vel vivus. LXX habent **αἰώνιον**, id est, semper durans vel æternus. Apud Hebreos **לְנָא** quandoque sumitur pro recenti: sic aqua viva. i. recens, saliens, caro vivens, i. recent, cruda, ut Levit. cap. 14. vers. 5. i. Samuel. cap. 2. v. 15. Videatur ergo Iobus simul respicere ad futuram humanitatem Messias, quæ Iola recens dici potest, ut sit sensus: Scio Redemptorem meum, recenter quoad humanitatem natum & vivum, (vel qui nuper vixit, sed jam mortuus est, sicut caro vivens, id est, caro, quæ nuper vixit,) novissimam super pulverem staturum. Avenarius observat in Lexico pag. 240. quod vitam naturalem radix **לְנָא** denoter, & sancte in exemplis, quæ ibi allegat, non nisi de vita naturali sermo sit.

Ea

(אַתְּ) Est nomen masculinum, notans idem quod posstre-
mus, ultimus, novissimus à rad. תָּאַתֵּר tardavit, moratus est, ve-
nit post, unde fit תָּאַתֵּר postremò, ultimò, Nomen תָּאַתֵּר extat
Psal. 48. v. 14. Psal. 102. v. 19. ubi LXX. habent ἐπεξέργαστο. Et. 48. v. 12. & 2.
Sam. 23. v. 1. ubi LXX habent ἐξατέργαστο. In hoc Jobi textu planè omi-
serunt. Pagninus reddit adverbialiter, novissimò. Chaldaeus posthac,
Luther hennach. Nomina enim haud raro accipiuntur adverbialiter.

(בְּ) Super, vel supra) Est præpos. à rad. בְּ scandit
vel ascendit; Latissimæ significationis est & vertitur super, supra,
juxta, adversus, contra, coram, apud, ad, in, de, &c. LXX. verte-
runt בְּ Vulgata, de, Luth. auf. Chal. super. Posset etiam reddi
per juxta, vel adversus.

(כְּ) Pulvis, terra,) LXX. ωπὶ γῆς. Sic Gen. 2 v. 7. 6. 13. v. 16. Ps. 7.
v. 6. Psal. 18. v. 43. Psal. 22. v. 16. sumitur. Unde. כְּ pulverilavir,
excitavit pulverem, 2. Sam. 16. v. 12. Chaldaeus verba isthac כְּ עַל
vertit, Redemptio ejus super me. Quam autem versionis hujus ratio-
nem habuerint, proorsus obscurum est. Dicitamen posset, quod
interpretes ad sensum respexerit, & per כְּ ipsum Jobam intelle-
xerit, ut sit sensus: Scio vivum esse Redemptorem meum, & hujus ipsius re-
demptio super me pulverem, vel qui pulvis sum, consurget.

(דְּ) Tertius futuri in Kal à דְּ, quod communiter red-
dunt intransitivè, surrexit, sletis, substirrit. Usurparunt tamen etiam
transitivè, Amos 7. v. 2. & 6. Quis eriger fave luscitabit Jacobum
quia parvus est? LXX. οὐσία σύντονη. Chaldaica tamen paraphrasis
intransitivè reddidit: Quis consurget? Marinus ait, fol. 131. b. to-
tum verbum habere frequenter vim excitativam, ut Gen. 28. v. 2.
Surge, vade; Ies. 1. v. 2. Surge, transi. De loco Amos ait: Alijs est
transitivum. Surgere facere, quod non placet. Et sane in dubium faci-
lè vocari posset, cum דְּ aliquoties vertatur per qualis, unde sen-
sus hic emerget, Quis rel. Qualis surget Jacob?

(הְ) Et postquam, Vulgata: Et rursum. Alias, quoque ver-
titur, postea, post, ut sit præpositio.

v. 26.

(וְ) Pellem meam. וְ enim idem significat, quod
cutis, pellis, à nuditate sic dicta. Radix וְ nudavit, fudit, e-
ruuit.

B 3

v. 26.

erit. Nonnulli deducunt ab **תִּיצְעַת** excitatus, ex perrectus est; quia
in cure siat excitatio vel exuscitatio ad varia ob sentiendi vim;
vel ut Avenario placet, quod pilis est excitata. Schindlerus in Lexi-
co col. 1299, subintelligit putrefactionem, & verba Jobi sicc reddit;
Post (putrefactionem) cutis mea.

תִּיצְעַת Videatur esse 3. præteriti plural. in Niphal, à
תִּיצָּה excidit, concidit, decuscit, excuscit. Omnes quidem verte-
runt, ac si essent in Pihel, contriverunt, confoderunt, durchstochen.
Nihil tamen videtur obstare, quod minus ad Niphal referatur, ut
sit sensus: Et postquam cutis mea excidetur, confodetur. Est quidem
תִּיצְעַת tertia pluralis in Niphal vertiq: debet excidetur, ob quod
ad Piel convenientius referretur, ut **תִּיצְעַת** sic accusativus: Dici ta-
men posset, quod per enallagen numerus pluralis ponatur loco
singularis. Avenarius p. 512. vertit activè: Postquam pellem meam
deciderunt (vermes) hanc, inquam. Marinus fol. 476. a. Et post ex-
citari meum præciderunt (præcient) hanc, (carnem, quam manibus often-
tabat.) Forsan & ita reddi posset: Et post excitari meum, vel me (ut
תִּיצְעַת sit infinitivus, non nomen) conterentur, exciduntur, absumentur
תִּנְחַזֵּק hec, videlicet omnia, qua videtis & in mundo sunt: Ha-
betur quidem pronomen fœmininum, sed potest intelligi neu-
trum, ut Psal. 118. v. 23. A Domino **תִּנְחַזֵּק** factum est hoc. Ec-
Gen. 3. v. 14. ubi similiter est fœmininum, & intelligitur neutrum,
Nam Hebræi rem indiscreti generis notaturi, terminationem fœ-
minicam adhibere solent, ut Psal. 27. v. 4. Vnam petij à Domino, hoc
est, Vnum. Eins hitte ich. In verbo autem **תִּיצְעַת** effet Enallage
numeri. Sic igitur omnia videntur optimè convenire: Scio redem-
torem meum vivere, & me in novissimis suscitaurum. Et post resurrec-
tionem meam, hoc omne, quod videtis, quod in mundo est, excidetur, peribit.
Ego autem maneo superstes & video DEVM meum in carne meâ. LXX.
תִּנְחַזֵּק itidem reddiderunt neutraliter, τεῦται, sed aliò respiciunt,
nemè ad pellem hoc sensu: Redemptor meus suscitabit carnem meam,
qua tolerat haec, has nempe passiones: sed ita nimis longè à textu
Hebraico rereditur. Paraphrasis Ghaldica tempus resurrectio-
nis

nis & visionis innuit: Postquam inflata fuerit cutis mea, erit hoc. Et
go id vult noratum interpres: Postquam cutis mea fuerit redin-
tegrata, erit hoc, nempe quod visurus sum DEUM &c. Sacis
commoda foret haec quoque versio; si modò **¶** per inflari pos-
set reddi.. Pagninus **Nisi** refert ad cutem: Postquam pellam meam
contriverint hanc, sed eò referrinequit, quia **V** pellis est generis
masculini, **N** autem generis feminini. Vatablus redditum ferè
absque sensu: Post pellam meam contriverunt istud. Piscator: Wie-
wol sie nach meiner Haut dieses durchstochen haben. Sed quomo-
do haec cohaerent cum antecedentibus? Et quis inde sensus tan-
dem emerget?

dem emerget: וְמִבָּשָׂר וּמִבְּשָׂר (& de carne mes; **D**est præpositio, quænotat à, de, ex, cum. בָּשָׂר caro.

πίπτω Videbo) LXX. paulò aliter ἐγώ ἔμαυτοῦ συνεπι-
σημαὶ, quæ ego mihi consuetus sum. Sed rectius interpretes alij; Cero-
nam, videbo. Etenim i. fut. Kal. à radice πέπτει vidit, prævidit, aa-
spexit, contemplatus est. Et plerunque visionem corporalem
notat. LXX. ἀποθέπειν, ὄψειδι, θεωρεῖν. De Prophetis nonnun-
quam adhibetur, qui dicti olim videntes. i. Sam. 9. v. 9. atque tum
idem est, quod cognoscere aliquid in visione.

אָלֹהֶם) Dominum, Deum. Intelligit redemptorem suum, quem se oculis corporeis visurum in die novissimo certò sibi persuasum habet.

Versus *vigesimus septimus* nullam difficultatem continet, quod verba priora, nisi quod **וְ** riperunt, positum est loco futuri, ut innuit contextus, ideoque recte vertitur, videbunt, **וְ** **וְ**.

Notetur unà Dativus ⁷ *videbo mibi*, qui notat beatam vi-
sionem, quia Dativus est gaudij & solatij.

¶ Significat alienum, alium, extraneum, qui alterius est genus aut familiae, quam ejus, de qua agitur, paganum, profanum, Rabbini vertunt anomalum. Sumitur pro viro perverso Proverb. 21. v. 8. Arab. ¶ iniquitas. Psal. 139. v. ult. Si via ¶ iniquitatis est in me.

Ultima

ULTIMA VERO VERBA בְּחִקֵּי כָּלֹן כְּלֹוֹנֶה nonnihil obscura
Tunc & interpres torquent.

כָּלֹן Est 3, plural, præter. Kal à radice **כָּלַה** absolutus fuit, perfectus, consummatus fuit quo sensu sumitur Gen. 2. v. 1. I. Sam. 26. v. 7. Et inde nomen כָּלָי descendit, notans instrumentum, quo aliquid paratur, consummatur, & perficitur, organum, vas, uensile. Nonnunquam vero radix illa in malam partem accipitur, & significat, conlumentum vel absumentum esse, ut Iobi 3. v. 21. כָּלָי consumetur caro ejus, Sein Fleisch verschwindet Esa. 1. v. 28. Deserentes Domini כָּלָי consumuntur, Die den HERREN verlassen/ werden viabfoinen. Ps. 37. v. 20. כָּלָי כְּשַׁעַן כָּלֹן Cōsumti sunt, ut sumus cōsumti sunt: Sie werden vergehen, wie der Rauch vergehet: Deniq; per metonymiam כָּלָה notat, sperare, expectare, expetere, eò quod præ nimo desiderio & expectatione animus seu oculi cōsumatur, quando nihil obtinetur; ideoq; maximam sperandi & expectandi attentionem denotat, ut obseruavit Schindl. in Lexico col. 866. Ita sumitur 2. Sam. 13. v. 39. Psal. 84. v. 3. Psal. 119. v. 73. Hinc descendit nomen כָּלָוֹה unde est כָּלָוֹי quod in praesenti textu Jobi legitur. Notantur autem isto vocabulo renes, quoniam in ijs desiderium est, seu consupiscentia & libido, ut Levit. 5. v. 4. 10. Per Synechdochen significantur affectus, cupiditates, & cogitationes interiores ac occulta ut Psal. 7. v. 10. probans corda וּכְלֹוֹת & renes, seu affectus & cogitationes interiores. Sic Ierem. 12. v. 2. Propinquus in ore, sed remotus à renibus ipsorum. Hoc autem loco propria significatio obtinere videtur, ideoque Pagninus vertit: Desecerunt renes mei, cuius versionis prolixa reperitur defensio in Praesertim corundem Bibliorum. Luther. Meine Ulieren sind verzehret.

בְּרִיךְךְ יְהִי vel בְּרִיךְךְ notat propriè sinum, figuratè medietatem vel concavitatem alicujus rei, unde hujus textus expositiones diversè oriuntur, de quibus in אֲדֹנָיוֹת pluribus agetur, quam nunc sine mora subjungemus.

IX. Mem-

IX.

Membrum tertium.

ΕΚΘΕΣΙΣ vel ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ THEOLOGICA.

Jobus rem maximam, maximi^{que} momenti narraturus, singularem attentionem postulat, & perpetuam memoriam. Sic enim praefatur v. 23. & 24. Utinam scriberentur sermones mei! utinam imprimerentur non foliis! sed libro, in out in stylo plumbeo vel ferre*o* sculperentur in petra in perpetuum! Olim enim, quae posteritati debebant communicari, petra tabulis inscribi consueverunt. Ita leges tabulis aeneis incidebantur, ne Scriptura dilaberetur. Sic peccatum iude*o* styl*o* adamantino scriptum dicitur Ier. 17. v. 1. Quare memoriam erunt digna & attentione, quae Jobus tam diligenter consignari prae*cipit*. Quae sunt igitur illa? Continente mysterium στολογίμενας μέχα 1. Tim. 3. v. 16. in quod & Angelij φρανύφα gestiunt 1. Pet. 1. v. 12. nempe mysterium nostrae Redemtionis per Christum facta, quod plena fide se credere adfirmat.

X.

Desribit autem 1. Christi officium, nominando Redemto-rem. 2. Exprimit Naturam utramque; tum Humanitatem, secundum Summa quam vivit, & oculis corporeis videri potest; tum Divinitatem, se-verborum cundum quam ipsum vocat ΠΤΝ. 3. Harum Naturarum unionem Iobi personalem innuit, quia de Redemptore suo, tanquam persona una, verba facit. 4. Victoriae Christi exponit, quod in novissimo die consistet super pulverem, tanquam victor, qui debellavit omnes inimicos suos. 5. Attingit duos fructus, ex Christi Victoria promanantes, quorum alter est corporis resurre*c*ti*o*; alter, beata & glorio*sa* Christi visio. Hae summa est totius mysterij, quod styl*o* ferreo Jobus consignari exoptat. Quintque igitur capita in brevi hac sententiâ concurrunt, adeò, ut dicendum sic 1. De Fide. 2. De Fidei obiecto, Redemptore DEO. 3. De Redemptoris Victoria. 4. De Victoriae fructu primo, qui est Resurre*c*ti*o*. 5. De Victoriae fructu altero, qui est æterna vita & beata visio. Singula paucis explicabimus, ut verus hujus loci sensus teneatur, & via compendiaria ad futuram dominice sternatur.

C

XI.

X I.

**f. De fide
Jobi.**

I. DE FIDE. Hojus firmitatem & πληρόφορα indicau-
rus Jobus, Scio, inquit, Υπτιον: Nullum apud me est dubium, nul-
la mentis fluctuatio, sed scio & certus sum ex divinis promissio-
nibus, futurū esse infallibiliter, quicquid jam in mediū allaturus
sum. Præmitit autem conjunctionem vel ad significandum
consensum cum alijs fidelibus, si sumator copulativè; Et ego scio
cum reliquo: vel ad affirmationem stabiliendam, cui particula ist-
huc nonnunquam inservit initio sententia, ut recte vertatur:
Cerio scio. Quæ certitudo magis confirmatur tum per pronomen
ΙΩΝ, Ego scio ipse optimè, scientiā mihi familiari & tam certa, ac si
oculis haurirem, vel ipso experimento didicisset; tum per origi-
nalem significationem verbi ΥΠΤΙΟΝ, quod omnem dubitationem
excludit, & assert firmam mentis adhæsionem ad rem fatis super-
que exploratam, ut Gen. 43. v. 19. Scio, fili mi, Scio. Sic etiam su-
mitur Gen. 22. v. 12, Psal. 138. v. 2. Psal. 143. v. 3.

**Fides non est
ignorantia.**

Atq; hinc colligimus, fallam esse Papicolarum sententiam,
fidem definientium per dubitationem, vel etiam per ignorantiam,
uti placet Bellarmine lib. de just. c. 4. Contradicit Jobus noster, &
dum se credere profiteretur, le scire assiceret, adeoq; fidem suam per
scientiā indubitatam, exclusa dubitatione omni, definit. Quod
tam planum est, ut Jesuita Pineda in commentarijs super Jobum
idipsum concedat, & in v. 25. c. 19. nu. i. pag. 96. expresse scribat:
*Fidei cognitio & obscuræ hac scientiæ divinorum, solâ visione beatâ inferior
est claritate, & qualis certitudine, reliquis omnibus aliis scientiis longè su-
perior atq; certior.*

X II.

**2. De Fidei
objeto.**

II. DE FIDEI OBJECTO. Hoc nullum est aliud, quam Dei Fi-
lius, Christus Jesus; Immanuel noster, quippe in quo, tanquam
Mediatore, ipsa fidesque omnis immediate recumbit. Quare &
hunc fidei suæ objectum esse profiteretur. Scio, inquit, ΙΩΝ
Redemtorem meum viventem vel vivum. Utraque vox considerationem
meretur.

X III.

**Redimendi
verbū su-
mitur
I. Genera-
liter.**

i. Redimere est rem aliò devolutam assicerere & sibi vindicare;
unde Redemtor i.e. vindicta, assertor. Estq; hoc unum ex nominib. Dei,
Et sumitur i. Generaliter, prout videlicet personis Trinitatis com-
mune est, ac redemtionem simplicem notat. Ita Deus sibi nos af-
seruit

seruit ratione *tum creationis, tum conservationis, tum imprimis vocationis ad Ecclesiam*, unde Sion vocatur populus acquisitionis. *Pet. 2. v. 9.* & peculum de cunctis gentibus, *Exod. 19. v. 5.* eo-
que respectu Deus est Acquisitor & Redemptor noster.

2. Specialiter, prout redemptio notat personæ aut rei alienatae vel captae vindicationem per interveniens premium, factam à propinquo & consanguineo. Hoc sensu Messias mundi propriè vocatur Redemptor noster, & ad eum simul respicitur in V. T. quoties fides in Redemptore fundari dicitur. Nam ob peccatum, velut servi inobedientes, traditi eramus sub potestate Satanæ. Volebat autem Deus nos iterū asserere sibi: Quare mittebat Filium, ut assumeret carnem nostram, adeoque fieret consanguineus noster, & jure propinquitatis per suum nos sanguinem à potestate alienâ redimeret, unde dicitur Eph. 1. v. 7. *Habemus redēptionem per sanguinem ejus.* Redemir igitur nos, tanquam consanguineus, & per consequens soli Filio Dei nomen Redemptoris in significatione hac propriâ competit, quod infrâ pluribus ostendetur. Hoc ergo cum Jobus nō sit ex variciniis T. V. ad hunc Redemptorem torius mundi confugit, ejusq; meritum sibi quoq; applicare voluit, dicendo: *Redemptorem meum scio:* Nam voces illæ, *Mens, Tunc, sunt applicatoria & amatoria;* ut sit sensus: *Scio Redemptorem, quem toto peccatore diligo, quia & meum esse certâ fide cognosco.* LXX. significâter reddiderunt, οὐχ λόγιον μὲν ἔπειδος, qui me solvere debet, qui pro me soluturus est suo tempore iustum Redēptionis premium, adeoque his verbis non nisi Messiam dengari existimârunt.

XV.

2. Participium **viventem** denotat, quâ unâ voce quatuor exprimitur à Jobo.

1. Christi Divinitas. Solus enim Deus absolute est vivens, qui vitâ Redemptorem habet per se, & à se, unde in Scripturâ Deo attribuitur vita, tanquam essentiale *ἴδιωμα*, à quo vivens καὶ ἐξοχέων denominatur, ut Gen. 16. v. 14. 6. 24. v. 62. 6. 25. v. 11. Deut. 5. v. 26. Eſ. 3. v. 10. Matth. 16. v. 16. Act. 14. v. 16. Rom. 9. v. 26, in quibus omnibus Deus vivens vel vivus appellatur, quippe cui soli, tanquam authoris omnium, vita propriè tribuitur. Quum igitur Iobus Messiam mundi Redemptorem viventem nominat, ad divinitatem ejus respicit, & hoc ipso indicat, quod Redemptor suus non sit purus homo, sed ipse DEUS vivens, vitaque autor.

2. Specialiter,

2. Christi aeternitas, quia vivens Redemptor est, non ad tempus, sed in perpetuum. Ut enim vita DEI est a nullo, sic & nullo fine terminatur. Hinc Mellias sedens super thronum vocatur vivens in secula seculorum, Apocal. 4. v. 9. Huc pertinet formula iuramenti; Vivit Dominus, quæ semper eterna vita DEI indicabatur. Jobus igitur hoc ipso se erigit, quod Redemptorem habeat, semper existentem, perpetuum, aeternum, unde LXX. reddiderunt eternas dñi, h. e. semper fluens, nunquam desinens.

3. Christi Bonitas & Beneficentia. Vivus enim est, non tantum formaliter, sed etiam effectivè, quia vitam dat, conservat, reparat. Et hoc cedebat in solatium lobii, qui sic concludebat: Scio Redemptorem meum vivere, vitæq; autorem esse. Quare & me suo tempore vivificabit, quia & meus Redemptor est. Hauriam ergo salutem a Domino, quia est fons & promptuarium vite, honorumq; omnium, & propterea semper expectabo, Psal. 71. v. 14. Hinc dicunt nonnulli, Iudeam & Ierusalem vocatam esse terram viventium, Psal. 26. v. 13. Psal. 142. vers. 6. Ezech 26. v. 20. eo quod in eâ verus & vivens Deus coleretur, suisq; cultoribus vitam & felicitatem largiretur. Et notant interpres, Iobum statim subjungere conjunctionem Vau, quæ sapè est caufalis, notans. Ergo, ideo, propterea, ut Gen. 42. v. 10. 11. c. 49. v. 15. Es. 3. v. 7. Sic igitur ratiocinatur Iobus: Scio, quod Redemptor meus vivit. Quare & ego in novissimo die resurgam, semperq; victurus sum.

Tandem 4. Christi resurrectio. Simul enim respicit ad Humanitatem ejus, secundum quam Christus in tempore erat moriturus, & vicissim resurrectus. Vult ergo dicere, quod sciat & credat, licet Christus ultimo tempore post mortem sit sepeliendus, tamē eundem vivum redditur, & è sepulchro egressurum. Loquitur quidem in praesenti: Scio vivum, sed apud Hebraeos futurū & praesens sapè permutantur, & sequentia indicant, IOBVM simul ad futurum respicere. Ita exponit Hieronymus, qui Ep. 51. ad Pammach. scribit: Nec dum mortuus erat Christus Dominus, & athleta Ecclesie Redemptorem suum videbat ab inferis resurgentem. Similiter Gregorius lib. 14. c. 16. Iobum per paraphrasin introducit, dicentem: Ego illum post mortem vivere certā fide credo, liberā voce profiteor: quia Redemptor meus vivit, qui inter impiorum manus occubuit. Summa igitur fidei, quam hic proficitur Iobus, ista est: Ego scio & firmiter credo, Christum Iesum, Redemptorem

demorem meum, esse verum & viventem Deum, immortalem, eternū, semper beatum, & vite authorem, qui in tempore, secundum Humanitatem assumtam moriturus, viciōm resurget potenter, & vivet in eternum.

XVI.

III. DE REDEMOTORIS VICTORIA.

Hanc sequentibus verbis describit Jobus: *Et postremus super pulverem stabit. Ubi propter obscuritatem multæ & diversæ εἰς γένετος reperiuntur, i. Piscator in glossis Biblicis ita verrit: Εγερόμενος wird der letzte auff dem staub stehen/das ist/ das er das Feld behalten wird/wenn er mit meinen Feinden wird streiten / mich von ihnen zu erlösen. Atque sic per pulverem hostes, vel locum certaminis: per stationem super pulverem, triumphum de hostibus intelligit; Sed nimis remota & contorta videtur hæc interpretatio, quamvis sensus non adeo sit incongruus.*

XVII.

II. Tremellius censet exponi posse duplicer: *i. de homine quovis*, ut Tremellij, per יְהוָה vel per posteriorem, non indicetur Christus, sed homo quivis, ut sit sensus: *Ego scio Redemtorem meum vivere, & posteriorem resurrecturum, hoc est, quemvis hominem è sepulchro redivivum proditurum in adventu Christi. Nam posterior homo, qualis in resurrectione futurus est, cum hoc priore comparatur i. Cor. 15. v. 45.* Verum non nihil violenta est hæc expositio, cum expresse יְהוָה referatur ad Christum. Quare in hac expositione pedem non figit, sed exponi posse autumat imprimis de resurrectione Christi homini, hoc sensu: *Novi & amplectior certâside Redemtorem meum Christum: qui quidem jam reipsa & ab eterno vivit, quia Deus est; quia Homo vero, vel secundum Humanitatem Redemptor meus posterior tempore futurus est, sed prior tamen resurrecturus & futurus primitio dormientium, i. Cor. 15. v. 20.* Eandem, sententiam tenet Zanchius parte primâ de tribus Elohim l. 2. c. 4. p. 51. a. ubi verba Jobi sic recitat: *Scio quod postremo (scilicet tempore) supra pulverem surgere stabit; tanquam viator mortis. Synecdochia mortuorum redemtionis mysterium solâ explicatâ Christi resurrectione complectitur. Nam si resurget, nempe à mortuis supra terram; mortuus*

*3. De Redē-
toris victo-
ria.*

*Expositio
Piscatoris.*

Zanchij.

igitur fuerit & sepultus necesse est, eoq; verus Homo. Loqui autem de resurrectione Christi Redemptoris, luce clarius est, si quis simplicitatem verborum sequatur: ut raseam de confessu omnium piorum interpretam. Postremi autem temporis nomine significari tempus, quo Christus factus est Homo, & nos redemit, nimis notum est ex Prophetis & Apostolis. Consentit ex parte Petri Martyr class. 3, LL. Com. c. 15, pag. 697. Neque nos hanc ἔξηγηται prorsus improbare possumus, cum ex litera fluat, nec in fidei αὐλογίᾳ impingat. Sensus enim planus & simplex est: Redemptor meus postremus vel postremo tempore (Johannes enim tempus Novi Test. vocat novissimam horam i. Epist. c. 2. v. 18.) Surget secundum Humanitatem supra pulverem vel terram, nimirum ē mortuis. Nam præpositio ὡς potest idem verti per de vel è, quia multas pro exigentia loci significaciones habet in Scripturis. Et hac ἔξηγηται luculenter evincitur, Jobum non loqui de DEO Patre, sed de Christo, ideoq; Redemptoris vocabulum in speciali proprio que significatu accipere.

XVIII.

Martyris.

III. Martyr I. d. vocem Κύριον non ad tempus tantum refert, sed etiam ad Christum Redemptorem, & autem sumi pro perfecto, ad innuendum, solum Christum fore Redemptorem ultimum & perfectum. Sic enim ait: Non datus est hominibus præter Christum alius Redemptor. Et idcirco eum mox appellat extreum, quia multi fuerunt partiarij & imperfecti Redemptores; sed Christus extremus est & perfectus, ultra quem nullus alius expectari debet. Sensus hic non quidem alienus est à fide, sed tamen à litera textus, verba enim super pulverem stabit, satis aptè reddi nequeunt, si γένεται exponatur de extremitate vel perfecto.

XIX.

LXX. & Lu. IV. LXX. & Lutherus Κύριον transitivè reddunt, super terram suscitare, Er wird mich hernach aus der Erden auferwecken. Quæ versio diversis modis defendit.

Varij modi
versionem
Lutheri de-
pendendi.

I. Pineda pag. 99. putat, LXX. & vulgatum interpretem legisse secundum sua exemplaria non Κύριον in tertia, sed Κύριον in prima, surgam vel surrecturus sum super terram, beneficio Redemptoris mei. Post Judæos corrupisse, & partem τοῦ Αbrasiliæ, ut manferit punctum Jod. Sed hæc dubia esse & tantum conjecturalia quivis aprimadvertis.

z. Vero

2. Verosimilior dici posset, loco Vau medijs legisse LXX, ^{ue}
ita sit tertia Fuit. in Hiphil, פָּרַע surgere faciet, hoc est, suscitabit.
Major enim est cognatio inter & quam inter & N. Et tamen
non absque ratione hoc dicitur, LXX, enim fuerunt peritissimi
Hebrei. Quia ergo verterunt transitivè, utique in Hebreo talis
vox extitit, quæ sensum illum pareret, ideoque legerunt פָּרַע
non פְּרַע. Si modo antiqua exemplaria ad manum essent, fortassis
tale quid inveniretur. Unum obstat, quod paraphrasis Chaldaica
in transitivum sensum retinuit: *Consurget*. Sed dici posset, di-
stincta exemplaria, hanc diversitatem peperisse. Modus sane
defendendi cōmodior non esset, quam si פְּרַע legeretur nō, פָּרַע.

3. Sunt qui פְּרַע etiam in Kal transitivè accipi posse existimant,
& pro exemplo allegant Amos 7, v. 2. 5. פְּרַע וְיְהוָה Quis suscitabit. *Ue*
αιασηνος, ut habent LXX. Luth. Wer wil Jacob wider außhelfen?
Verum dissident & hic interpres; neq; necessariò vertitur trans-
itivè. Potest enim sensus esse: *Quis vel qualis consurget Jacob, si omnia*
devorentur? prout etiam verrit Paraphrasis Chaldaica. Ex loco igit-
ur dubio certi aliquid vix probabitur. Sanè si obtineri posset
sensus transitivus Amos 7, generalis maxima de פְּרַע intransitivo
rectè infringeretur. Sed interpres ipsi variant. Hinc Winkelmann.
p. 306. sic vertit: *Qui habet Jacob?* hoc sensu: *Quis superficies manebit in*
Jacob, consumitis omnibus frugibus?

4. Si nihil horum procedat, alter Lutherum defendere non pos-
sumus, quam ipsum respxisse ad sensum, non reddidisse verbum
de verbo; Egisse interpretem, non Metaphrastem. Jobus enim
ex Christi victoria, resurrectione, & adventu ad judicium vult
deducere suam resurrectionem, non secus atq; Paulus colligit. 1.
Cor. 15. *Si Christus resurrexit, & nos resurgemus.* Lutherus ergo posuit
Consequens, & attendit scopum Iobi, cum in Hebreo ponatur ante-
cedens, hoc est, Lutherus posuit Conclusionem ipsam, fluentem
ex medio termino, qui est in textu Hebreo. Alius certè & aptior
Lutherum defendendi modus vix dabitur.

XX.

V. Vatabulus videtur cum quibusdam exponere de *adventu adjudi-
cium Vniuersale*, hoc sensu: Ultimo die super terram surget, subintel-
lige, ad *judicium*. Neque contrariatur hæc expositio litera.

Expositio
Vatabili-

Verbum



Verbum enim **διόν** constructum cum præpositione **τῷ** notat reſiſtiam, aut hostilitatem, ut Jud. 9. v. 17. Surrexiſis contra domos Patrii mei. Psal. 54. v. 5. Alieni ſurrexerunt contrame. Foret igitur ſenſus: Noviſimo die conſurget adverſus pulvrem, id eſt, adverſus genus humanum, veluti judeſ severus peccata vindicaturus. Poslet præpoſitio **τῷ** etiam reddi coram, ut ſumitur Zach. 6. v. 5. Stent coram Iehovah universa terra. Exod. 20. v. 3. Non ſint tibi Dij alieni coram facie meā, ut fit ſenſus: Conſurget coram terrā adjudicandum.

XXI.

Aliorum. VI. Alij, quos inter Martyr clafs. 3. LL. CC. p. 697. exponunt quidem de Christi adventu, imprimis tamen de adventus fine primo, qui eſt rejuſcitatō mortuorum. Sic enim habet Martyr: Postremo tempore; id eſt, ad finem ſeculi; ſurget, id eſt, exercabit vires ſuas; erga pulvrem, hoc eſt, erga corpora defunctorum, jam redacta in pulvrem, illa excitando. Per pulvrem enim intelligitur homo, ut Gen. 3. v. 19. cap. 18. v. 27. imprimis homo mortuus, ut Psal. 22. v. 16. & Psal. 30. v. 10. Eodem respicit Schindlerus in Lexico col. 1359. qui verba Jobi ſic reddidit: Super (habitatores) Pulveriſtabit, ut de effenſiam omni in pulvere preſenti. Et ſanè verba vel nullum, vel perigrinum, & malè cohærentem ſenſum gignunt, niſi exponantur de rejuſcitate mortuorum. Quid enim hoc eſt, Redemptor noviſimus super pulvrem ſtabit? niſi, veniet die ultimo, ſtabit virute ſuā super pulvrem, ſuper corpora defunctorum, & ē ſepulchris prodiſe faciet. Hoc ipsum & iſti ſubinnuunt, qui præpoſitionem **τῷ** vertunt propter. Importat enim quandoq; cauſam, ut Je-remiaſ 51. v. 35. Injuria mea ſuper Babel, id eſt, Babylonij cauſa ſunt. Ita Gen. 16. v. 4. & alibi, notante Forſtero in Lexico p. 596. Senſus igitur eſt: Christus ultimo die ſurge propter pulvrem, hoc eſt, Cauſa mortuorum, vel propter homines defunctos, et nemp̄ illos iterum in vitam revocet.

XXII.

Paraphraſis Chaldaica in genere intelligit de fructu paſſionis mortis Christi, unde reddidit: Poſthac redemptio ejus ſurget ſuper me, hoc eſt, ego particeps reddar omnium beneficiorum à Christo acquisitorum; & per conſequens ultimo etiam tempore cum aliis ſuper terram, vel ē terrā resurgam. Interim verò negari nequit, quod verbum **διόν** Redemptorem primò respiciat, quippe

Paraphraſis Chaldaica.

quippe de quo in præcedentibus verba sicut, non redemtionem
ipsum.

XXIII.

Addi posset octava expositio Pinedæ p. 104; qui partim de Christi resurrectione, partim de Iobo una resurgentem cum Christo exponit. Sed quia haec opinio ad stabilendum limbum Patrum adducitur, & omnibus fundamentis destituitur, merito tanquam absurdam, & refutatione indigna omittiatur.

XXIV.

Et haec fuerunt istæ septem expositiones distinctæ verborum Iobi satis obscurorum, super pulverem novissimum stabit, ut nempè intelligatur vel 1. Triumphus Christi de hostibus, vel 2. Resurrectionis Christi secundum Humanitatem, vel 3. perfectio Christi Redemptoris, vel 4. nostra resuscitatio, vel 5. adventus ad judicium, vel 6. adventus cum corporum resuscitatione coniunctus: vel 7. Fructus beneficiorum Christi.

Ex his omnibus secunda, quarta & sexta maximè est probabilis, cumque omnes sint subordinatae, conjungi possunt optimè. Nam reliquæ sunt 1. nimis remotæ; 2. violentæ; 3. à literâ textus alienæ. 4. Nec congruant cum antecedentibus. Prædictæ autem omnes scopum Iobi tangunt, cum consequentibus bellè coherent, analogia fidei convenient, nec literam in peregrinii sensum trahunt. Simplicissima ergo istorum verborum paraphras hæc esto: Scio, quod Redemptor meus vivit, & hic ipse ultimæ & novissimæ mundi horæ post mortem surget super terram vel è terra, ideoq; & in novissimo die iterum consurget, super terram & sepulchra mortuorum stabit virutæ suæ, & in vitam illa revocabit, ut licet nunc variis angustiis premat corpusq; meum sit inservium, inq; pulverem redigendum, vici sim tamen beneficio Redemptoris hujus me resurrectum firmiter credam.

XXV.

Eniedinus vero planè aliter exponit, nimirum de eternitate Patris. Novissimus stabit super pulverem, id est, omnibus hominibus Expositio super terram consumitis D E V S Pater tum persistet, inq; eternum durabit. Eniedini, Verbum enim P sapè sumitur pro stabili fuit, ut Ps. 1. v. 5, Psal. 40. v. 8. Verum 1. hoc ante notissimum erat, nec in dubium vocabatur. 2. Nihil faciebat hoc ad solarium Iobi. 3. Novissimum super ter-

D ram

fam stare, non nota aeternitatem, sed potius resurrectionem e terrâ. 4. Per יְהָוָהּ nō Patrem, sed Christum intelligi à Jobo, infra probabitur.

XXVI.

V. DE PRIMO VICTORIÆ FRUCTU. Hic est ipsa resurrectio, quam cum Jobus verbis praecedentibus tantum inuenit, nunc sequentibus clarius expressam voluit. Ita enim inquit: אֶת־עַזְרָא נִקְבֹּר־זֵא : quæ oratio est elliptica, ideoque valde obscura, unde interpretationes diversissimæ fluunt.

XXVII.

Expositio Zanchij. I. Zanchius parte primâ de tribus F'ohim lib. 2. c. 4. p. 51. de Resurrectione Jobi exponit, sed ita ut verbum בְּרֵבָד repetat, hoc sensu: Redemptor meus surget, & postquam pellis mea consumta fuerit, hæc subintellige similiter super terram consurget. Verba Zanchij sic habent: Et postea cutis mea (quam) contriverunt, (preteritum profuturo) vel corroserunt, (nempè corrosores morbi & tandem etiam mors & vermes) hæc (hoc est, hæc, inquam, cutis) quam videtis iam sere attritam, subintelligendum est δέτο τε κοινώς verbum precedens בְּרֵבָד resurget, nempè sicut & Redemptor, eoq; vivet sicut & ille: & argumentatur à causa ad effectum, & à capite ad membra. Satis autem commoda est isthæc exppositio, siquidem hoc pacto omnes voces genuinam significationem retinent, & sensus optimè exprimitur. Neque insolens est, verbum antecedens repeti, cum exempla plurima proferri queant; Et nisi hæc fieret, nullus ex Iobi verbis sensus emergeret. Nam oratio ejus est elliptica, ut necessariò verbum aliquod assumendum sit.

XXIX.

Septuaginta II. LXX. prorsus recesserunt à textu Hebraico. Nam omittunt interpretum, vocem Αἴτιον & referunt Τίνος ad verbum praecedens בְּרֵבָד hoc sensu: αἰασηται τὸ δέρμα μα τὸ ἀνθλόπουλον. suscitabit pelleam, quæ patitur hæc; sequentia verba: &c. יְמִשְׁרִי planè in alienum sensum torquent: וְאַתָּה כָּלֵב כָּלֵב מוֹסֵעַ אֲשֶׁר אֱלֹהִים; A Domino enim hæc mihi confedita sunt, quibus verbis videntur respicere ad ipsa mala, quæ patitur pellis Iobi, quod nempè à Deo sint immissa. Possunt etiam respicere ad cutis pellisque resurrectionem. Unde vero tanta sit varietas, incertum est, Oportet ipsos planè aliter

aliter legisse et extum Hebreum, vel in vertendo nimium hallucinatos esse. Neque enim verba convenient, necnulla in sensu est harmonia. Quare versionem istam adprobare non possumus, sed suo loco relinquimus.

XXIX.

III. Lutherus, cum videret, Iobum loqui de Resurrectione, nō Lutheris verba, sed sensum attendit, ideoque perspicuitati & simplicitati studens ita vertit: Und werde darnach mit dieser meiner Hane vmbgeben werden. Verba quidem discrepant ab Hebraicis, quia Lutherus vertit in persona primā, quae posita sunt in tertia juxta veritatem Hebraicam: Et verbum יְהֹוָה intellexit cum vulgata, circumdabor, cum tamē contrariū significari videatur. Quare dicendum est, ipsum nequaquam verbum de verbo reddidisse, sed tantum sensum expressisse, & hoc quidem suis verbis. Perinde enim est, sive dicam: Cutis mea resurget post confessionem: sive: Ego pelle circumdabor. Sensus idem est, licet verba sint diversa. Commodiori ratione vix poterit excusari Lutherus.

XXX.

IV. Sunt qui יְהֹוָה derivant à rapice יהֹוָה circumdedit, circum- Aliorum. ivit, Iob cap. 19. vers. 6. quae radix in Niphah in præteritum 3. pl. habet יְהֹוָה. Est enim ex defectivis PE Iod (alii malunt vocare quiescentia PE Iod) & conjugatur ad morem defectivorum PE Nun. Schindlerus in Lexico p. 799. scribit, quandoque idem esse, quod adhæsit, adjunctus est. De verbo igitur ad verbum esset, postquam pellis mea vel pelle mea circumdata vel conjuncta sunt hæc: ubi pri- mū est Enallage temporis, nempe præteriti pro futuro, circum- dabuntur: Deinde numeri pluralis pro singulare, circumdabitur, vel circumvolvetur, circumdacetur, & per דָנִי ipsum corpus vel caro intelligi debet, unde sensus hic emergit: Et post pelle mea circumdabitur hoc corpus, vel circumdabuntur mea membra, ut habet Martyr p. 697. vel pellis circumducetur circa carnem hanc meam: Quo sanè paſto Lutheri versio adhuc propius accederet ad textum Hebraicum, si modò non durum & violentum videtur, יהֹוָה in prima conjugatione accipere, duplicitam Enallagen ponere, & DNS de ipso corpore interpretari. In locis tamen obscuris aliter progredi nemo potest, quam ut figuræ assumantur, si litera textus sensum nullum efficiat.

Quare nec hanc expositionem improbamus, sed assumi com-
modeque defendi posse arbitramur. Videtur ad hoc ipsum alla-
dere paraphrasis Chaldaica: *Et postquam inflata fuerit pellis mea, erit
hoc. Per illud enim inflari notatur circumvolutio, circumductio,
& in pristinum statum restitutio.* **N**isi autem non ad pellem,
sed ad tempus & actum visionis videtur referri hoc sensu: *Post-
quam inflata & iterum circumducta erit pellis mea, tum erit hoc, nempè tum
videbo DEVM meum.*

XXXI.

Expositio
Pagnini & V. Pagninus, Tremellius, Vatablus & Piscator δέρμα vertunt
Tremellii. per confodere, & conterere, in Pihel, Postquam pellem meam contri-
verunt hanc; vel, vermes confoderint istud. Pictor: Und wievol sie/
(die Würme) nach meiner Haut dieses (diss mein arm Fleisch vnd
Bein) durchstochen haben; so werd ich doch aus meinem fleisch Gott
sehen. Et hoc pacto verbum quidem de verbo reddiderunt;
sed quo sensu? Quis, & quid hoc modo intelliget? Interpretis
vero est, non verba respicere, sed sensum potius reddere, & in ista
lingua exprimere, in quam vertit. Nam aliud est metaphrasies,
aliud interpres: Ille attendit linguam ex quâ: hic lingua in-
quam vertit. Non ergo sufficit, Hebraæ dictiones nudè vertere,
sed requiritur, ut sensus exprimatur, id quod isti prorsus negle-
xerunt. Lutherus autem hoc observavit, ideoque nullius vel
ignorantia, vel illicitæ audaciæ accusari potest. Imò ipse hoc
prævidens natusulis ipsis satis respondit in præfatione super Esai-
am, nimirum haud opus esse, ut verba singula singulis respondeant; sed
sufficere, si simul sumta à simul sumtis non discrepent, hoc est, si totus con-
textus à toto contextu nou dissentiat.

XXXII.

VI. Posset alia quoque interpretatio addi, quam suprà tetigi in
ἀναλύοι, ut nempe ηγ̄ exponatur verbaliter, quæ radix signifi-
cat excitare, luscitare, vel evigilare Job. 41. v. 1. Zach. 2. v. 17, ut sit
sensus, post excitare me, vel, post excitari meum, vel, post surgere me (su-
mitur enim quandoque neutraliter, ut Psal. 57. v. 9. Excitare gloria
mea, pro surge ideoque Tremellius vertit, Evigilate me) Ἐντητερόν
excin-

*excedentur hoc, id est, quicquid hic mundus habet, absumentur, consumetur, ut vicissim enallage assumatur tum temporis, tum numeri, & per hanc intelligatur externum mundi ædificium, sensu, quem supra posui in *ἀναλύσι*.*

XXXIII.

Et haec sunt illæ sex expositiones, ex quibus prima, tertia, quarta, & postrema probabiles maximè sunt, omnesque ostendunt, Jobum de resurrectione corporum loqui, licet diversâ viâ & ratione id ostendant. Ceteræ ἐξηγήσεις sensu carent, absurdæ sunt, & cum antecedentibus ac consequentibus minimè convenientiunt.

XXXIV.

V. DE SECUNDO VICTORIAE FRUCTU. Hic secundus est aeterna vita & beata visio, quæ Deum Redemptorem oculis etiam victorie corporeis intuebimur. Sic enim inquit: *Et de carne meâ videbo Deum.* Christi fructus. Quem suprà nominaverat Redemptorem, nunc appellat DEUM, dicitur, respiciens ad Divinam Christi Naturam. Hunc autem se visurum credit, quo paecto respicit ad naturam Christi humanam, quippe quæ propriè oculis corporeis videtur. Augustinus quidem lib. 22. de civitate Dei c. 29. non vult exponere de visione corporis, sed mentis, quia Deus videri nequeat, & sic verit: *In Carne mea ero, cum videbo Deum.* Sed facilè solvitur ejus ratio, quia licet Christus non videatur quoad divinitatem, videri tamen potest quoad Humanitatem. Loqui autem Jobum de visione corporali, patet tum ex voce carnis, *De Carne*, vel *in Carne meâ videbo: tum ex nomine altero, oculis meis.* Pergit enim: *Quem videbo mihi, id est, in meum bonum, meamque beatitudinem.* Nam *Dativus Mibi*, est gaudij, solatij & beatitudinis. *Et oculi mei viderunt, pro videbunt.* Verbum videndi hoc loco aliud est à superiori, & significat propriè intendere in rem aliquam oculis & animo, cum peculiari quodam sensu & experientia rei conspectu, ut Ex. 3. v. 3. Eccles. 1. v. 16. Et non peregrinus, id est, Egomet ipse hisce meis oculis videbo & conspiciam. Quo ipso clare asserit, se resurrectorum proprio corpore, non alieno. Ut enim Christus proprium corpus resumit, ita & nobis minimè aliena, sed nostra restituentur. Hinc Tertullianus l. de resur. Non alius ero, sed aliud, nempe quoad qualitates & conditiones. Idem significat Jobus, cum ait, *seipsum visurum, se non fore*

elium, vel alienum in resurrectione. Inquis: Ergo excludantur impij à visione Christi? Resp. Non ab omni, sed à beatá visione. Videbunt Christum, sed non sibi, ut Jobus; verum aduersum se. Alij verba: Non aliis, sic exponunt: Non alias vel alienus, nimirum ab hac fide, quam ego profiteor. Et hactenus de vero sensu egimus,

XXXV.

Addit Jobus in fine versu 27. quædam verba, quæ cohærentiam videntur turbare. Sic verò habent: בְּלֹוֹתִי בְּתָקֵי
De ultimis verbis v. 27. Horum verborum variae versiones & interpretationes occurunt, quorum genitiva tamen genera referri possunt. Quidam enim in bonam partem exponunt, quidam in malam partem.

XXXVI.

1. *Quidam exponunt in bonam partem.* Qui in bonam partem capiunt, de spe & desiderio Iobi exponunt, Unde vulgatus vertit: *Reposita est hac spes mea in sinu meo.* Ratione nituntur isthac, quia hæc Jobi querela de morbis videatur nimis imporruna post sermonem tam animosum, de Resurrectione & vita beatâ. Hebræa sancta vox בְּלֹוֹתִי est ambigua, descendens à radice בְּלֹוֹתִי quæ & consummationem & consumptionem denotat, unde בְּלֹוֹתִי non tantum sumitur pro vasis seminarij, pro reibus, sed etiam pro cupiditatibus, cogitationibus & intimis quibusq; hominis, Psal. 7. v. 10. Psal. 16. v. 7. Psal. 26. v. 2. Psal. 73. v. 21. Psal. 119. 132. Pineda p. 114. pro renibus non posse accipi censet, quia addatur in sinu. Vero autem renes non esse in sinu: quæ tamen ratio valde imbecilla est, cum vox sinus generaliter sèpè accipiat, pro medio pro ventre ipso. Sed quicquid horum sit, vulgata sancta versio nimis remota videtur & violenta. Nullus enim ocurrat locus ubi בְּלֹוֹתִי sumatur pro spe vel desiderio ipso: בְּלֹוֹתִי quidem denotat nonnunquam desiderio desiderando Psal. 48. v. 3. Concupiscit & deficit anima mea, nimirum præ desiderio. Sed בְּלֹוֹתִי pro spe non occurrit somnum: Quia tamen cogitationes & intima quæque nonnunquam significat, non usque ad eum repugnamus, si quis ita cum Pineda concordare & sensum velit reddere: Perfecta sunt & consummata hac desideria mea, vel he cogitationes desiderantes & expectantes ad finem deductæ sunt, ut nihil habeam, quod amplius desiderare.

tu desiderem, neque vos aliud à me expectare debeatis. Nam quicquid intime continet animo, quod erat fundamentum fiduci & spesi meæ, jam expressi. Eodem sensu sumitur Psal. 72. v. ult. **¶** Consummata sunt orationes David, hoc est, ad finem perductæ. Hoc igitur modo Jobus clausisset confessionem suam, ejusque perfectionem simul indicasset, quòd & LXX. videntur respexisse suā versione: πάντα μὲν συντετέλεσθαι καὶ λαπτεῖν, omnia mibi perfecta vel consummata sunt in sinu meo.

XXXVII.

Quod attingit vocem ιητη in sinu meo, diversimodè & illa redditur. Nomen ιητη propriè significat gremium vel sinum, ut Proverb. 21. v. 14. Syr. 4. v. 4. metaphorice medium, medieratem vel concavitatem aliquius rei, ut sinus currus. Reg. 22. v. 35. Sic Lazarus versari dicitur in sinu Abrahe, hoc est, in medio vitæ æternæ & fidelium, quorum pater est Abraham. Sic Filius DEI est in sinu Patris Iohann. 1. v. 18. id est, in medio & intimo Patris, seu ipse est Patis intimus, intimoq; affectu Pater ipsum complectitur, & velut in pectore impressum habet.

XXXVIII.

Fluunt hinc quatuor expositiones, quas recenset Pineda pag. 115. 1. Sinus refertur ad continentum aliquid arcanum, quod minimè vulgari oporeat, ut ille dixit: Mibi, crede, in sinu est, neque ego disruptor. Hinc sensus: Cogitationes ha meæ perfectæ sunt & reposita in sinu meo, in thesauro aranorum velut abscondita. 2. Sinus quandoque nota perpetuum rei memoriam, ut in sinu gerere vel habere. Sensus: Ha cogitationes sunt perfectæ in sinu meo, ut semper illarum recorder, nunquam è memoria mihi excidant. 3. Sumitur sinus pro re charissimâ, quam intimis præcordijs impressam cupimus, sicut unigenitus est in sinu Patris, Iohann. 1. v. 18. Sensus: Cogitationes sunt in sinu meo, ijs delector, easq; cordi altissimè imprimò, semperq; impressas volo. 4. Pro tuto accipitur sinus repositorio, siquidem in sinu locure aliquid assertvari potest. Et sinus est locus excipiendi præmium, ut Luc. 6. v. 36. Mensuram benam dabunt in sinum vestrum. Sensus: Cogitationes meæ perfectæ sunt in sinu meo, in quo ratissimum quiescent & certissime sunt.

XXXIX.

Et hæc fuit expositio Pinede in partem bonam, eò imprimis directa, ut versionem vulgaram defenderet. Quantumvis autem non nihil remota & violenta videatur, quia tamen nihil continent analogiæ fidei contrarium, suo illam loco relinquimus, ne cum quoquam curiosè litigare volumus.

XL.

II. In malam partem pleriq; accipiunt interpretes Luth. Meine Nieren sind verzehret in meinen schoß. Pagninus & Vatablus: Defecerunt renes mei in sinu meo. Chald. Consumti sunt renes mei. Est igitur querela de infirmitate corporis. Sed statim queritur: Quomodo haec verba cohærent cum antecedentibus? Respondeo, 1. Jobo familiare fuit, ut pater ex toto libro, jam querulari ob dolorum attritatem, jam se consolari ob spem & fiduciam in DEUM. Duo hæc semper commiscet, jungitque; & modò de dolore suo, modò de spe verba facit, sicut solent ægri animo, qui cohæsionem sententiæ non adeò respiciunt, sed modò se erigunt, modò quorelas mixtum repetunt. 2. Datur insuper duplex cohæsionis modus, Tremellius copulat per discretivam vel adversativam, tamen, hoc sensu: Spero & credo me resurrectarum: Interim tamen consumuntur renes mei in sinu meo. Vatablus in notis conneccit per quamvis vel et si: Quamvis defecerunt renes mei in sinu meo, id est, cum tamen defecerint vires corporis mei intra me: hoc est, quamvis iam sim in summa afflictione. Modus hic conneccendi optimus est, narratq; certitudinem spei & fiducie, hoc sensu: Licet sim afflictissimus, omniaq; membra consumpta ferè sint, credo tamen me resurrectarum. Adeòq; non tam querela est, quam Confirmatio spei, ut apertissima sit verborum cohærentia. Piscator similiter vertit: Wievol meine Nieren verzehret sind in meinen Busen. Et hactenus satis multa de ὥδῳ Φεγίστῃ ipsoq; sensu literati diximus.

XLI.

Membrum Quartum.

ΑΠΟΔΕΙΣΙΣ, IOEV M LOQUI DE RESURRECTIONE CORPORIS, NON DE RESTITUTIONE SANITATIS.

Duplex

Duplex argumentorum classis constitui posset, quartum prior contineret argumenta primaria: posterior secundaria. Sed ne nimis prolixius simus. Vnde in hanc contrahemus, & argumenta eo ordine proponemus, quo in textu ipso insinuantur.

XLI.

I. A Coharentia verborum cum antecedentibus.

Baldad cum socijs Jobum habebat pro impio, ideoque objiciebat cap. 18. v. 5. Lux impij extinguetur, nec splendet scintilla ignis ejus. V. 13. Consumet robur ejus primogenitum mortis. V. 14. Averteatur de tabernaculo fiducia ejus. Quibus verbis Baldad non tantum temporalem interitum implorium confirmat, sed etiam omnem resurrectionis spem admire videtur, immo haur obscurè admittit. Fuit enim antiqua nonnullorum traditio, quam etiamnum tenent Iudæi, memorante Buxtorffio cap. i. Synag. Iudai, resuscitatum iri tantum pios, sed prorsus exipitare impios, eternisque tenebris obrui, ut nunquam redeant in vitam. Eiusdem opinionis videntur fuisse amici Iobi, ideoque crebro objiciunt, eum prorsus extinctum iri, nullam vitæ spem reliquam esse, ejus memoriam prorsus perituram, & similia. Zophar certè de impio exprelè ait cap. 20. vers. 9. quasi responsurus ad spem Iobi de resurrectione, eamque refutaturus: Velut sterquilinum in sempiternum peribit impius; videntes eum, dicent, ubi Ille? Hoc verò de sola morte corporali nequit intelligi, quia idem de sanctis dici posset; sed de perpetua mortis & corruptionis continuatione vult istud intellectum Zophar, quod impij nullum inter reliquos, qui resurgent, locum sint inventuri. Huic objectioni occurrit Jobus cap. 19. v. 24. ipsorumque affirmationi opponit thesin contrariam, hoc sensu: Quanvis putetis, me esse impium, & post mortem nunquam revocandum in vitam, scitis tamen, quod ego speravi in Redemptorem vivum, qui etiam me viventem producit ex terris: Non prorsus extinguetur Lux mea, nec tolletur omnis memoria, quoniam rursum pelle mea circumdabor, & in carne mea videbo Deum, ideoq; in tenebris perpetuis non manebo. Hæc ipsa coharentia satis evincit, Jobum loqui de resurrectione carnis, non de reparatione sanitatis. Argumentum formari posset hujusmodi: Quod Baldad c. 18. objecit,

E

hoc

Argumenta
ostendentia,
Jobum loqui
de resurre-
ctione cor-
poris.

A coharen-
tia verbo-
rum.

hoc Iobus c. 19. removit & refutavit. Sed Bildad Iobus objectit c. 18.
perpetuam extincionem sine omni spe resurrectionis. E. Jobus
hoc ipsum removit c. 19. & per consequens verba de Redemptore
vivo & carne, in qua visurus sit Deum, de resurrectione post mor-
tem exponi debent, ut ita maneat vera avulsonis inter Bildadi ob-
jectionem & Iobi responsionem.

XLIII.

2. A proœ-
mio Iobi.

II. A proœmio Jobi & attentione postulata,
Si Iobus de temporaria restitutione locuturus erat, quid oportuit
ad eo magnifice praefari, optando, ut verba sua conscriberentur
in libro, & sculperentur in plumbo ad perpetuam rei memori-
am? Si enim loquatur de re paulo post futura, quid opus scriptio-
ne tam firmâ, ad æternam recordationem, verè futurum esse,
quod Iobus hîc affirmavit? Illa solemus annotare & tabulis in-
scribere, ut durent in æternitatem, quorum eventus adhuc de-
longè quasi expectatur & cum futurum quid pronunciatur. Talis
vero est resurrectio carnis, non restitutio sanitatis. Illa fit in ex-
tremo die, hac post breve tempus contigit: illam sperasse & cre-
didisse Iobum, intererat posteritati scire: hanc ipsi obvenisse,
postmodum res ipsa loquebatur.

Deinde hoc non ignotum est, quod à resipiscientibus calami-
rates quandoque removeantur, statusque pristinus & crebro me-
lior à DEO reddatur. Imò amici ejus haec Jobo pollicebantur, si
redijset in viam, à qua ipsum excidisse arbitrabantur. Ad hoc
igitur quid tantâ attentione opus fuisse? Quid singulare Iobus
narrasset? Quod si vero de resurrectione & spe Iobi locus hic in-
telligatur, tunc recte postulatur partim scriptio firma, & durans
in æternum, quia de re longè post futura loquitur, partim atten-
tio, quia de sublimi fidei articulo verba facit, & rem planè singu-
larem narrat, nempe se in ipsa morte sustentari spe resurrec-
tione, id quod suo exemplo volebat & amicos & alios docere.
Hinc ergo sic colligimus: Quacunque expositio textum Iobi sic
resolvit, ut nihil singulare, nec rem longè post futuram dicat,
ad eoque nullâ scriptio durante, nec attentione ad eo magna
opus

Opus sit; illa virtiosa est, quippe contra mentem Iobi, & contra magnificum istud procēdium, quod p̄m̄isit. Sed talis est recentiorum expositio, quando Iobus putatur loqui de reparatio-
ne bonorum & sanitatis. Ergo virtiosa est, contra mentem Iobi,
est & contra magnificūm procēdium, quod p̄m̄isit.

XLIV.

III. A plena scientia, quā se nosse Jobus profi-
tetur. Sic enim incipit: *Etego novi.* Ubi duo notentur.

1. *Particula copulativa*, quae hanc Iobi confessionem copulat cum
aliorum fidelium confessione, & consensum indicat, ac si dice-
ret: *Et ego scio, quod alij scunt, & ego credo, quod ceteri fideles credunt.*
2. *Verbum* יְהִי רָאשׁוֹ, quod certam & indubitatam noticiam signi-
ficat, ut supra in analysi indicatum est. Quibus pr̄suppositis,
sic argumentamur: *Quocunque nec Iobus, nec alij fideles, cer-
tò & infallibiliter norunt, de illo h̄c Iobi confessio exponi ne-
quit.*

Sed restitutum iri sanitatem & omnia bona, nec Iobus, nec
alij fideles certò & infallibiliter norunt. E. de restitutione sa-
nitatis & bonorum h̄c Iobi confessio exponi nequit.

Major probatur, quia Iobus p̄m̄isit, se certò scire, quod
dicturus erat, simulque innuit, & alios scire, quam ob causam,
particulā copulativā utitur.

Minor confirmari facilē potest. 1. *Quoad Iobum.* Unde enim
tam certò scivit sanitatis & bonorum restitutionē? Non ex
promissione communi, quia talis nusp̄iam facta. Non ex reve-
latione speciali, 1. *Quia* hoc ipso principium petitur. 2: *Iobus* de-
speravit potius de restitutione, quam ut illam certò sibi promis-
teret. 3. *Alii* hoc non unā scivissent, si Iobo singulariter fuisset re-
velatum. Cur ergo particulā copulativā adhiberet? Par est
raro (z.) omnium fidelium, qui nec suā, nec Iobi restitutionē
infallibiliter sciunt, cū nullibi sit promissa. Firma igitur perstat
argumenti nostri conclusio.

Quia verò nervus in particula copulativa quodammodo
fundatur, hoc objici potest, quid nonnulli adversati vē exponant

*per sed vel tamē, ut etiam vertit Lutherus: Aber ich weiß sicur ea-
dem particula exponi debet Psalm. 115. v. 3. Sed Deus noster in cælo,
ubi icidem Vau ponitur loco adversativa. Quia tamen ordinari-
e est particula copulativa, nec hic ratio est aut proferri potest
sat firma, cut à nativâ significatione sic discedendum, nos sen-
sum copulativum retinere malum, præsertim cùm nihil præ-
cedat immediate, cui adversativa respondeat. Imò & cohären-
tia est evidenter, si copulativa exponatur. Præmisit enim capta-
tionem arreptionis: *Vinam scriberentur verba mea in plumbo ad perpe-
tuam rei memoriam!* Iam si adversativa statim subjungatur: *Sed ego
scio, quæ est cohæsio?* Rectius combinantur verba, si ita reddas,
*Hoc est, quod annotari cupio, quod d' ego, velut alii fideles, sciam, credamq;
Redemptorem meum vivum.* Addimus autem ēn ῥεσογις, quod ar-
gumentum hoc tertium non tam in particula copulativa, quam
in verbo sciendi fundetur, ideoque nihil illi derogetur, quo cum
que sensu conjunctio l exponatur.*

XLV.

¶. An nomine Redemptoris. IV. A Nominē ^{¶. N.} Novi Redemptorem meum. Si per
nomen Redemptoris in specie Christus intelligitur, & ad ejus re-
surrectionem simul respicitur, tum exponi nequit hic textus in-
genete de D E O sanitatem restituente, sed potius de beneficio
Christi homines resuscitantis, quam consequentiam non impu-
gnant adversarij. Sed verum est prius. Ergo & posterius. Minor
continet *καὶ οὐδὲν* & in dubium vocatur à Photinianis, quibus
quodammodo ad stipulatur Tremellius, qui in Biblia suis ita habet:
*Sic d' Redemptorem meum vivere, sive vindicem, qui tum personam meam ab
interitu tandem vindicatur est in eternum adventu suo; tum causam me-
am nunc à procellis totius mundi & contumelias vestras.* Est autem is D E U S
Pater in Filiō per Spiritum sanctum. Verum non aliud, quam uniu-
cum DEI Filium, & mundi Messiam intelligi, argumentis aliquot
jam confirmatum dabimus,

XVI.

Försterus habet regulam in Lexico pag. 122. Quoties verbum

לְנָא

N & qua inde nomina deducuntur, ipsi DEO tribuitur, tum immediate probatur, de secunda Trinitatis personâ intelligendum est; nempe de Filio, qui ideo hoc quod Christo est factus, ut nos sub potestate Satanae venundatos redimeret, suo genere filius per Regnum vendicaret. Itaq; ejusmodi omnes loci V. T. confirmârunt fidem de intenditorem à carnando Filio DEI, & in carne redēmitionē humani generis per sanguinem Iobū intelligi. Porro si hoc probari per inductionem locorum, ut Gen. 48. v. 16. gatur.

Angelus **N** qui redemit me ab omnimalo, &c. id quod non nisi de Filio DEI, Angelo increato, potest intelligi. Sic Ex. 6. v. 6. Redimam vos in brachio extento: Et Cor. 15. v. 13. Duxisti populum, quem vendicasti. Ista verò eductio non obscurè Christo adscribitur i. Cor. 10. v. 3. & 9. quippe qui illos comitatus, & quem ipsi tentasse dicuntur. Sic Psal. 74. v. 2. Vendicasti tribum hæreditatis tuæ. Esa. 44. v. 22. vendicavit Jehovah Jacob. Imprimis hic spectat locus ex Esa. 63. v. 9. ubi Ecclesia V. T. præconio Eucharistico Christum agnoscit & celebravit Redemptorem. Nominat enim Angelum faciei, qui non est nisi Filius DEI, & huic attribuit redēmptionem: Ipse redemit eos. Quia ergo & hinc in angustijs erat constitutus Jobus, utique ad nullum Redemptorem alium confugit, nisi ad Christum. Adde Ierem. 31. v. 11. Redemisti Jehovah Jacob. Michea 4. v. 10. Afferet te DEUS. Osea. 13. v. 14. De manu inferni redimam' eas, quod de victoria Christi exponitur i. Cor. 15. v. 15. Quia ergo fideles in V. T. Deum vocâdo Redemptorem, semper resperxerunt ad Christum, tanquam Messiam futurum, & Redemptorem in specie sic dictum, hinc concludimus, idem fecisse Jobum, in semmis istis miseriis cōstitutum. Nec enim negari potest, quod Deum alloquatur, ut clare indicat v. 20. Vi ergo prædicta Regula Christus per Redemptorem immediate intelligi debet.

XLVII.

2. Idem probari potest exinde, quia nomen Redemptoris solum Christo propriè competit. Nota verè talem vindicem, qui tum redimendis consanguinitate junctus est, tum pretium quoddam pro redēmitione interponit, ut supra in *ἀνθρώπῳ* ostendimus. Hinc Försterus pag. 124. hanc regulam prescribit: *Quando Scriptura DEVM sic vocat, (hoc est, Redemptorem) tunc simul insinuat, quod Filius DEI debeat assumere carnem nostram, & noster fieri consanguineus, ut posset nos jure propinquitatis redimere, ut Esa. 59. ver. 20. Et veniet ad Zion Redemptor, hoc est, Christus Homo, & propinquus*

Noster factus. Similes textus habentur Psal. 19. verfu ultimo. Psal. 72.
v. 14. Psal. 74. v. 2. Psal. 78. v. 35. Cum ergo vox Redemptoris soli
Christo propriè conveniat, quippe, qui solus est noster consanguineus,
& nos alio seu à Deo devolutos, jure fraternitatis per sanguinem
nihil regno suo asservit, Ioh. 8. v. 36. utique & Jobus spem po-
nendo in suum Redemptorem, non nisi Christum intellexit. Pineda
in hunc locum p. 98. quinq; Redemtionis & Redemptoris veri leges
enumerat. 1. Propinquus esto. 2. Consanguinitatis jure redimito. 3. In iusto
possessori prædam eripo. 4. Huius pretium nullum solvito. 5. Sanguinem pro re-
demtionis pretio vero Domino offero. Hęc quinq; Redemptoris requisita
(quæ ex Scripturis & analogia fidei probari possunt) non Patri,
sed soli Christo convenient, Ideoque is solus propriè Redemptor
noster est, & vocatur. XLVII.

3. Universa Scriptura testatur, opus Redemtionis nostræ, non
nisi Christo competere. Quicunq; enim nos suo sanguine rede-
mit, & DEO Patri pro peccatis nostris satisfecit, is solus est noster
Redemptor. Sed solus Christus suo nos sanguine redemit; E. solus
Christus est Redemptor noster. Minor probatur, quia sanguine
Christi sumus Redemti, non auro, Pet. 1. v. 18, 19. Dedit semetipsum
pro nobis Christus Tit. 2. v. 14. ipse est Redemptor vivus. Gal. 3. v. 13.
Rom. 6. v. 9. Heb. 7. v. 25. Adde Lut. 21. v. 28. Marti 10. v. 45. 1. Tim. 2. v. 6. Apo-
st. v. 9. Jam. Quicunq; est redemptor noster specialiter sic dictus, in
illo spem suam posuit Jobus & de illo loquitur v. 25. Nulla enim
potest proferri ratio, cur de hoc non loquatur. Sed Christus est
Redemptor specialiter dictus. E. in illo spem suam posuit Jobus, &
de illo v. 25. loquitur. XLIX.

4. Qui primus resurrexit, qui nos resuscitabit & judicabit, eum
intelligit Jobus per Redemptorem. Sed Filius hominis, hoc est,
Christus, primus resurrexit, nos resuscitabit & judicabit. E. Jobus
Filium hominis, hoc est, Christum per Redemptorem intelligit.
Major probatur exinde, quia spem resurrectionis collocat Jobus in
ille Redemptore, ut sicut hic surrexit, ita & se resurrexit credat.
Minor demonstratur clarissime ex Ioh. 5. v. 25. Ioh. 6. v. 40. Philip. 3. v. 20.
Math. 24. v. 30, 31. L.

5. Nullum est dubium, quin tota hęc Confessio Iobi ex verā
fide & πληροφορίᾳ cordis sit profecta. Imò ipsum scire Iobi ni-
hil

Requisita
Redemptoris
propriè dicti

hil est aliud, quād credere, siquidem verba notitia apud Hebreos non solam γνῶσην denotant, sed sēpius affectum, effectusq; consequentes, unde ipsa fides vocatur notitia Esa. 53. v. 11. & Ioh. 17. v. 4. Quād hypothesis p̄suppositā sic concludimus: Quod est verum fidei salvificae objectum, id per Redemptorem intelligitur. Sed Christus, Messias mundi, est verum fidei salvificae objectum. Et Christus, Messias mundi, per Redemptorem intelligitur. Major vera est ex hypothesi probata. Si enim per scire Iobi fides notatur, utique per Redemptorem, fidei objectum, ut sensus sit, Credo Redemptorem meum vivere, Minor pariter firma est, siquidem fides salvifica non apprehēdit Deum absolutē & in genere, sed potius Christum, ut innuitur Ioh. 14. 12, unde Scriptura N. T. semper inculcat credere in Christum, fidem Christi, fiduciam in Christo, &c. ut ostendat, Nullum aliud esse fidei salvantis objectum directum & immediatum, quād Christum DEI & Maria filium.

L.I.

6. Iobus Redemptorem suum ita describit, quōd vivat. Ne quis autem excipiat, Deum etiam in genere sēpius nominari viventem, mox addit Iobus, se vitam naturalem intelligere, in quam Redemptor suus fit revocandus. Ait enim: Novissimè super pulverem stabit. Hinc concluditur, quod per verba illa nō intelligatur vita Dei, 1. Quia isthac est æterna, non postremis demū temporibus futura, prout Iobus Redemptoris vitam hic describit. 2. Quia de Deo Patre dici nequit, quod is super pulverem sit staturus vel ē pulvere excitandus; In quem enim non cedit mors, in eum nec cedit statio super pulvarem, hoc est, resurrectione ad vitam naturalem. Quōd si verba super pulverem stare, nolint exponere de cibis q̄ib; perent principium, pervertent textum, & confingent glossas, quæ probari nequeunt. Manemus ergo in simplicitate literæ, & per γένη pulverem seu terram intelligimus: per ipsum verò stare resurrectionem, quando quis ē sepulchro prodiens, vicissim vivus stat super terram, siquidem aliae expositiones omnes evidentibus absurdis laborant. Brevissime igitur dicendo notatur resurrec̄tio Christi, & quæ inde penderet, resurrec̄tio nostra, in extremo die futura, unde ob hoc ipsum vita vocatur Ioh. 14. v. 6. 1. Ioh. 1. v. 2. Nos autem ex dictis ita colligimus: Cui non competit vita & resurrec̄tio corporalis, is per Redempto-

rem

resurrec̄tio ex aliis non est.

rem à Jobo non intelligitur. Sed DEO absolute consideratio non competit vita & resurrectio corporalis, sed tantum DEI Filio incarnato, E. DEUS absolute consideratus per Redemptorem à Jobo non intelligitur, sed Dei Filius incarnatus.

LII.

7. In hujus Confessionis fine loquitur Jobus de visione corporali. Dicit enim, &c quidē se de carne suā visurum DEVUM, suis oculis corporeis. Ac verò DEUS Pater oculis corporis videri nequit, cùm essentia divina sit invisibilis. Christus autem, DEI Filius incarnatus, conspicere potest corporaliter, siquidem verum corpus habet, & aspicietur etiam in extremo die, non tantum à pījs, sed etiam impijs, Zach. 12. v. 10. Unde viciissim sequitur, per Redemptorem, quem se Jobus visurum credit, non nisi Christum denotari.

Excipiunt, Etiam DEVUM videri posse, si non in sua essentia, tamen in specie assumta, ut Ezech. i. Dan. 7. &c. unde putant, notari per hanc visionem, illam DEI apparitionem, quae in ultimis Jobi capitibus describitur.

Respon. Id dici non probari, imò falso esse, i. quoniam apparitio ista fuit Jobo ignota & inexpectata, ut contextus indicat: visio autem de qua C. 19. v. 26. fuit ipsi promissa, cognita, & certa sperata.

2. Non legitur expressè cap. ult. quod DEUS visibili quadam specie apparuerit Jobo, sed tantum refertur c. 32. v. 1. quod de turbine, hoc est, præmissa ingenti quadam tempestate, Jobo responderit. Verum si maximè concedatur, Deum visibili formâ apparuisse (quia v. 5. id videtur innuere) non tamen hæc apparitio est illa visio, de qua Jobus c. 19. loquitur, ut ostensum. Neq; potest evidenter probari, Deum in terrâ stetisse, cùm appareret Jobo c. 42. sicut dicitur, c. 19. super terram stabit. Nam magis consentaneum, si apparuit Deus, eum sublimiorē à terrâ vītū esse, in eo videlicet loco, unde prius de nube & caligine loquebatur, ut jam tum quiescente turbine & dissipata nebulā Dei majestas mirabili aliquā & illustri specie sese exhiberet conspicendam.

3. Jobus redemptorem naturaliter vivum & resuscitatum intelligit, E. etiam de visione ipsius corporali, non de specie apparente loquitur.

4. Jobus intelligit visionem ultimo mundi tempore futuram, qualis non fuit isthæc apparitio.

LIII. Pho-

LIII.

Photiniani nihil aliud reponere possunt, quām expositionem Exceptio
nostram nimis esse arbitriam, quippe cū nomen Redemptoris ipsi quoque Photinianis
Patri tribuatur in sacris ut 2. Sam. 7. v. 23, Esa. 60. v. 16.

Resp. 1. Nulla inest argumento huic necessitas: Nomen
Redemptoris alibi tribuitur DEO in genere. E. etiam hīc, Nam & *Responsio.*
Moses vocatur Redemptor Act. 7. v. 35. Num inde statim in ferri
potest, quōd & Iobus intelligat Moysen per nomen Redemptoris?
Eadem sane est colligendī ratio, ut Photiniani argumentantur,
nēm̄pē à particulari, quod nihil probat.

2. Dicta allegata recte exponuntur de Filio Dei, ut maneat uni-
versalitas regulæ suprà indicatæ. Nam Christus etiam in V. Test.
cēpuit fuit Ecclesiar, ideoq; eam meritò liberavit & redemit tam
à temporalibus, quām spiritualibus inimicis & periculis. Sic z.
Sam. 7. sermo est de liberatione & eductione Israelitarum ex A-
gypto. Eduxit autem populum istum Angelus, qui Moysi appa-
ravit in rubo, Exod. 3. v. 2. 6. qui visus est interdiu in columna nu-
bis, noctu in columna ignis, Exod. 13. v. 21. Num. 9. v. 18. Hic au-
tem non fuit alius, quam Christus 1. Cor. 10. vers. 4. 9. Ef. 63. v. 7. &
seqq. Pari modo 5f. 60. v. 16. Christus innuitur, Sermo enim est de
ipsa salvatione, & redēptione, quæ non nisi Christo competit.
Similes textus leguntur Ef. 43. v. 1. 6. 48. v. 17. 20. 6. 49. v. 7. 26. 1. 50. v. 2.
in quibus locis omnibus Christus includitur, quia sunt partes
concionum Evangelicarum, quarum fulcrum est Christus cum
suo merito.

3. Si maximè concederetur ex abundanti, Redemptoris nomen &
Deo Patri quandoque tribui, fieret tamen hoc, quia Redemptio est o-
pus ad extra, id eoq; commune toti Trinitati. Servandus autem
est ordo Personarum, sicut & in aliis operibus externis fieri debet.
Ordo iste requirit, ut si terminum respicias, soli Filio Redemptio-
nis opus propriè feratur acceptum. Quando igitur Pater nomi-
natur Redemptor, tunc est attributio nominis, ob aliquam com-
munitatem operis; Interim Redemptio ipsa & ejus executio pro-
priè competit Christo Mediatori, & hunc à Jobo intelligi, argu-
mentis sat firmis fuit demonstratum.

E

LIV.

f. An nomine Postremus V. A nomine יְהוָה, quod notat postremum, & novissimum, unde sic colligo: Tale quid Jobus intelligit, quod novissimo tempore, adeoque post multa annorum intervalla futurum erat. Hec enim est nativa significatio istius nominis יהוָה. Sed restitutio sanitatis & honorum, non est facta novissimo tempore, post multos annos. Ergo istam Jobus non intelligit. Minorem probo, quia statim post colloquium cum Deo Jobus convaluit c. 42. verl. 9. 10. Istud vero colloquium post multos demum annos, adeoque novissimo tempore a sermone hoc Jobi c. 19. habitum fuisse unde probabitur? Est enim continua narratio colloquii Jobi cum amicis, quod statim exceptit colloquium & responsum Dei, ubi Jobus convaluit, ideoque verosimilimum est, paucas intervenisse septimanas. Haec autem non constituunt tempus alii quod novissimum, quo tamen futurum erat, quod Jobus hic commemorat.

LV.

6. A verbis super pulv- verem sta- bit. VI. A verbis, Super pulverem stabit. Nulla horum expositio commoda potest afferri, si de temporali restitutione exponas confessionem Iobi. Nam de Redemptore ipso haec verba loquuntur, & de statione novissimis temporibus futura. Quia vero quælo ratione haec cohærent cum sanitatis recuperatione? Quia occasione, & quibus de causis hic verba ficeret Iobus de Redemptore stante super terram, si non nisi ad restitutionem bonorum respiceret? Quod si vero de resurrectione Jobum loqui posnas, omnia cohærent optimè. Tom enim statio Redemptoris rectè exponitur de adventu in carnem, resurrectione è mortuis, & ultimo adventu ad judicium, quæ omnia non pugnant, sed simul illare queant. Nam & tempus incarnationis vocari tempus novissimum, patet ex I. Cor. 10, v. 11. I. Iohann. 2, v. 12. Heb. 1, v. 2. Deinde resurrectionem corporis novissimo die futuram, per se patet. Quamcumque igitur expositionem recipias, corrueat opinio Photiniana, & confirmabitur nostra. Si stationem illam de Christi resurrectione intelligas, Iobus exinde suam quoque voluit assertam, quia posito antecedente, ultrò sequitur consequens. Si de adventu ad judicium ejusque fine primo, qui est resurrectio mortuorum, adhuc clarius & magis directè probatur nostra expositorum.

LV

LVI.

VII. A verbis, postquam corroserint carnem ^{7. A verbis,}
 meam. Utunque haec exponantur, ipsa ramen mors & corru^{postquam}
 ptio totalis innuitur, si verbum [¶] pro corrodere accipiatur, carnem.
 Nam subintelligendi sunt vermes, ut plerique statuant interpretes, meam,
 quos dicit carnem suam cortosuros. Hoc autem fieri nequit,
 nisi mors presupponatur. Sic Iobus c. 17. v. 14. per similem phra-
 sin ipsam corruptionem innuit, quando ait; *Pater meus es; mater mea & soror mea, vermis.* Quo presupposito, fir-
 miter concluditur, Jobum de restitutione sanitatis non loqui.
Qui enim verba facit de re post mortem futura, is non loquitur de beneficio temporali vel hujus vita. Et haec est prima illorum
 verborum expositio.

Deinde vox [¶] potest verbaliter capi, ut sit sensus, post ex-
 citari meum, excidentur haec que videtis, hoc est, in nihilum redige-
 tur mundus, de qua interpretatione supra egimus in *ἀνάλυσις οἰκοδομής*.
 Quo pacto clarè innuitur resuscitatio, ultimo die futura,
 ut sanitatis restitutio nequaquam possit intelligi.

Non minus pro nostra sententia facit illorum expositio,
 qui verbum [¶] *Χωνεύεται* reperunt; Est enim locutio Iobi ellip-
 tica, ut ita completi debeat; postquam pellis mea consumpta fuerit,
 haec jam adde, similiter super terram stabit, vel consurget e terrâ, quâ ra-
 tione iterum clarissime probatur resurrectio corporis.

Deniq; si [¶] deducatur à [¶] & vertatur per circumdabitur,
 de quo itidem supra prolixè egimus, vicissim stabilitur nostra o-
 pinio de circumvolutione pellis circa carnem, hoc est, de resur-
 rectione, extremo die futurâ.

Ita ergo videmus, sive verba illa exponantur de corrosione
 vermium, sive de excidio mundi, sive per ellipsis, sive de circum-
 volutione cutis, semper confirmari opinionem nostram, simulq;
 cadere contrariam. Quod enim dicunt, Jobum loqui de attritione cor-
 poris per morbum, probare negqueunt: Morbus enim nunquam pror-
 sus corpus corrodere, adeoq; destruere dicitur. Tale insuper hic
 intelligitur, quod novissimam Redemptoris stationem consequi-
 tur, ideoque de morbo & sanitatis recuperatione dictum Iobi
 falso exponitur.

L VII.

S. Averbū, IIX. Averbis, Et de carne mēā videbo Deum.
Et de carne
mea videbo *Qui loquitur de visione DEI de carne, vel ex carne, is loquitur de*
Deum... statu futuro post hanc vitam. Sed Jobus loquitur de visione Dei
ex carne. E. loquitur de statu futuro post hanc vitam. Minor est
in textu. Major probatur, quia visio Dei in carne est corporalis,
& sit de facie ad faciem, unde Jobus expressè: Videbo his oculis meis,
corporeos monstrans & intelligens, qualis videndi modus non
datur in hac vitā, sed tantum post resurrectionem.

L IX.

Exceptiones adversario- Adversarij contrà quasdam glossas & exceptiones afferunt.
rum. 1. Videbo D E V M de carne mēā, idem est, ac si dixisset Jobus, ex afflictione,
quam sentio in carne mea, cognosco, Deum me affligere.

Respondeo: 1. Qualis quæsto ex hac paraphrasi oritur consolatio? Num hoc istud singulare est, quod Jobus ad perpetuam rei memoriam in silice scribi exoprat?

2. Jobas non loquitur de re & sensu præsentí, sed de futuro,
Videbo, & quidem in novissimis diebus. A DEO autem se affligi,
jam tum ipso actu & in præsenti cognolcebat.

3. Quivis maleficus, à carnifice virginis cæsus, posset dicere, se videre Deum de carne sua, quia sentit afflictionem.

4. Mera est petitio principijs & violenta interpretatio, quia vel caro in Scripturis nonquam idem est, quod afflictio in carne. Ita enim confundetur substantia cum accidente. Quo pacto omnia possente in dubium vocari, & similibus glossis corrupti. Versu statim præcedenti 20, eadem vox habetur & ipsa carnis substantia denotatur.

L IX.

2. Videbo D E V M, idem est, ac videbo vel agnoscam D E I potentiam, & providentiam, & beneficentiam, ut exponit Mercerus: vel ut Vatablus, sentio Deum esse, qui me affigit, ne putes me illum ignorare.

Respondeo: 1. Quām feras glossaruro est ingenium adversariorum, ut etiam contrarias assument, idemque dictum in bonam & malam partem simul exponant! Prius autem deliberent, quam in primis eligant.

2. Vatablus

2. Vatabli expositione nequit consistere, cum ita nihil singulare dicatur, nulla consolatio ibi continetur, nec res futura, sed praesens innuatur, omniq; ratione destituatur.

3. Jobo nihil potuit constare de certo beneficentia divinae in temporalibus experimento: Cur ergo tam audacter ad id provocaret?

4. Agnitus divinae potentiae fit intus & oculis mentis, non foris & oculis corporis, qualem tamen Jobus hanc obscurè innuit. Licet enim verbum **¶¶** nonnunquam de interno mentis sensu accipiatur, ut Genes. 41. vers. 1. Et vidit, hoc est, intellectus Jacobus; attamen verbum **¶¶** de sensu visus externo usurpatur, unde Prophetis vulgo tribuitur, qui hinc videntes inter cætera dicuntur, quoniam externas quandoq; visiones, & apparitiones habuerunt.

LX.

5. Refert Pineda pag. 112, Hebreum quandam octogenarium, qui jam ante Venetijs & Roma docuerat, Hispanum ad se venisse anno 99. & hanc glossam sibi obtrudere voluisse, videre Jobin carne suâ DEUM, idem esse, quod DEL mirabilia in Carne alioquin erumnos à cognoscere, quasi Job in illo morbo suo, miraculo vivens virtutem divinam corroboretur.

Resp. Ex rationibus modo positis, similiter hæc ipsa glossa refutari potest. Nam 1. isthac cognitione mirabilium fuit præsens, Jobus autem loquitur de fururo. Nec est ratio, cur enallagmen temporis assumam, quia non est recedendum à proprietate literæ, nisi cogens afferatur ratio. 2. Jobus loquitur de visione post corruptionem, hoc est, post mortem, E. non de visione mirabilium ante mortem. 3. Non cessisset hoc solatio. Quòd enim quis diutius in angustiis sustentatur, & relinquitur, eò plus patitur, unde pressi nihil magis exoptant, quam obitum. Jobus autem versibus istis se erigit, & consolationis loco illa proponit.

LXI.

IX. Ab opinione Jobi, secundum quam de re-^{9. A Jobi et}stitutione temporalium desperavit. Quicunq; se brevi moriturum, & nunquam ad prioris status florentis habitum redditum purat, is restitucionem sanitatis & bonorum non præsumit, multò minus certò & infallibiliter ad illam provocat. ^{Sed} Jobus

Jobus brevi se moriturum putavit &c. E. sanitatis restitutionem non presumit. Major certa est; Minor variis dictis probari posset, verum sufficient sequentia. Cap. 10, v. 20. 21. *Dimitte me, ut recreer paululum, Antequam vadam & non revertar.* Ratus igitur est, se brevi ex hac vita abiturum. Clatior adhuc est textus c. 7. v. 7. *Ventus est vta mea, Non revertetur oculus meus, ut videat bona.* E. penitus desperavit de felicitate status temporalis. C. 13. v. 15. *Ece occidet me, non sperabo.* Sihel er wird mich doch erwürgen / vnd ich kann nicht erwarten/quod vulgata falsò reddidit : *Etiamsi occiderit me, in ipso tamens sperabo.* C. 16. v. ult. *Anni numerati venerunt, & semitam per quam nō revertar, ambulabo.* C. 17. v. 1. *Spiritus meus corruptus est.* Dies mei succisi sunt, solam mihi superest sepulchrum. C. 17. v. 14. *Putredini dixi, Pater meus.* Ver. 15. *Vbi est nunc praestolatio mea, quis eam intuebitur, in sepulchrum descendet.* Cap. 30. v. 23. *Scio, quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi. Iam si Jobus levit, se brevi moriturū, quomodo scire & expectare potuit contrariū. Se non moriturum? Imo in hoc ipso c. 19. v. 10. ait : *Destruxit me undiq; & fecit recedere à me sicut lignum quem meam.* Er hat mich zerbrochen vmb vnd vmb/ vnd leßt mich gehen/ vnd hat ausgerissen meine Hoffnung wie ein Baum.*

L XII.

Ad hæc argumenta fortissima nihil aliud excipere queunt, quam Jobum ista proloqui ex merore animi. Fatemur a. ipsum fuisse mætore correptum, non tamen ratione spoliatum, ut nesciret, quid loqueretur. Dixit ergo veram mentis sua sententiam, & prout corde statuit, sic ore protulit: *Dixit se brevi moriturum, spem suam omnem esse excisam.* Etiam vere ita statuit, & per consequens c. 19. ubi de re certa sibi; infallibiliter cognita sermonem facit, non restitutionem sanitatis bonorum, vel ullum temporale, beneficium intelligit, sed resurrectionem corporis & æterna bona. Alias isthæc carlo Phæn conciliari nequeunt, quod tamen sit optimè, si dicas, Jobum desperasse de Bonis temporalibus, sed sperasse bona æterna, & futuram corporis resurrectionem.

LXIII.

X. Ab absurdo & periculo. Si talis mos exponendi do & periculo. Scripturas introducatur, ut glossæ & expositiones fingantur pro arbitratu, nulla tandem manebit certitudo, sed quidvis ex quovis

quovis deducet quivis, nec habebimus ultrà Theologiam, sed me-
ra humani cerebri figmenta. Proinde non simus tam temerarij, ut
ob quasdam aduersariorum ratiunculas cedamus protinus, & anti-
quam Ecclesiæ expositionem tot seculis defensam deseramus, ne
istæ novitates paulatim corrumpant fidem puriorem, & merus se-
quatur Epicureismus.

LXIV.

XI. A Testimonio LXX. interpretum. Hi enim per 11. A testimoniis
Gœl Christum, per stare super pulvrem ipsam resurrectionem intel-
lexerunt, quando ad hunc modum verterunt: ὁ δὲ ὅλος ἀνθρώπος εἰ-
στιν ὁ ἐν λαόν τε μὲν πέλλαι, οὐδὲ γῆς ἀναστορεῖται τὸ δέρμα μού, hoc est.
Scio ego, quid aeternus est, qui me solvere debet, & super terram suscitabit pe-
llem meam. Qui vero nos solvit à peccato, ab ira DEI, est Christus;
& hic idem nos resuscitat super terram, in die ultimo pantocritori-
co. Idem interpretes in extremo capite Jobi sic legunt: Mortuus est
Job senior & plenus dierum. Scriptum est autem (nemp̄ c. 19. aliò enim
collimare nequeunt) ipsum rursum resurreeturum, cum quibus rebus suscitaret
Dominus. Quæ verba Nicetas testatur, referente Pineda p. 104. neq; in
Hebræo, legi, neq; apud Aquilam & Symmachum, legi tamen a-
pud Theodorionem, quod ipsum concedit editio Sixti Vaticana.
Idem agnoscit Origenes in Epistola ad Africanum, de historia Su-
fannæ.

LXV.

XII. A Testimonio Targū. Loco פָּרִיקְיָה legit istud 12. A testimoniis
notante Schindler in Lexico fol. 267. Quod idem est, ac Redemptor monio Targū.
meus. Sic autem vocat Christum, quia carnem nostram assumens גַּם,
factus est noster frater, Consanguineus, ut nos ex potestate Dia-
boli redimenti jus ad ipsum pertineret. Eademq; vox habetur
Esa. 59. v. 20. Et veniet ad Zion. In hebreo est יְהֹוָה Targū haberet קָדוֹשׁ
Redemptor; A. E. בֶן דָבָר. Isle est Messias. Ab eadem radice de-
scendens vox habetur i. Tim. 2. v. 6. in editione Syriaca, Semetipsum
dedit pretium נָתָן redemtionis: Et Luc. 1. v. 71. يَعْلَمُ فِي
ut liberaret nos ab inimicis nostris. Vnde nomen קָדוֹשׁ vel פָּרִיקְיָה notans
redemptorem καὶ ἐξοχὴν ita dictum, hoc est, Christum. Cùm igi-
tur eandem vocem adhibeat Targum Job. 19. sequitur, quod ver-
ba Jobi de ipso Messia intellexerint.

66. A Te-

LXVI.

13. A Testi-
moniis Ra-
binorum. 13. relect. R. Samuelem Marochianum nostram de resurrectione in-
terpretationem agnoscit, & probat in Epist. de adventu Messiae
ad Isaacum Israelitam, C. ii. Potest insuper hoc referri quoddam
dictum R. Haccados, quem Iudei Magistrum nostrum sanctum nun-
cianunt ex libro, quem נָתַן יְהוָה id est, revelatorem arcanorum no-
minant. Verba sic habent, ut illa citat Galatinus l. 3. de Arc. cath.
Vet. c. 19. fol. 153. B. C. Quia messias DEVS & Homo futurus est, vocatum
est nomen ejus Immanuel, quod interpretatur Nobiscum DEVS, in corpore
seculice & carne nostra. Quemadmodum Job testatur 19. cap. dicens. Et ex
carne mea video Deum. Hec ille. Unde patet, quod R. Hacca-
dos putarit, Jobum loqui de Messia, nobis quoad carnem simili,
& quem Jobus se ex carne sua visurum speravit. Huc pertinet an-
tiqua illa Thalmudistarum traditio, quod mundus DEUM sit vi-
surus oculis, & populi digito sibi invicem illum ostensuri, quam
referrit Galatinus lib. 3. c. 27. & ibidem citat ex Beresith Ketanna',
hoc est, expositione Genesis Minoris super illud Gen. 18. & Appa-
ruit ei Dominus, haec verba. Scriptum est Job. 19. Et rursus vel postea
pelle mea circumdabuntur ista, & ex carne mea video DEVM. Ubi notes
duo. 1. Versionem (pelle circumdabuntur) quo pacto veteres Tal-
mudistae pariter locum istum intellexerunt de resurrectione, &
Lutherus eundem planum sensum expressit. 2. Quod visionem
corporalem a Jobo notari censuerint. Eo enim fine Jobi dictum
allegatur ibi, ut proberetur traditio, quod Mundus oculis corpo-
reis DEUM sit visurus. Nostram ergo doctiores Rabbini op-
inionem expresse approbant, & contrarias refutant.

LXVII.

14. A testi-
moniis Pa-
trum. XIV. A testimonij Patrum. Nullus est ex orthodoxis
& antiquis Patribus, qui non dictum hoc Jobi de ipsa carnis
resurrectione exposuerit. Hieronymus ad Pammachium scri-
bit: Quid haec Prophetiam manifestius? Nullus tam aperiè post Christum,
quam iste ante Christum de Resurrectione loquitur. Sperat resurrectionem
anno vidit & novit. Cassiodorus lib. i. divin. lect. c 5. Resurrectionem
carnis,

carnis sic prophetat, ut nullus de ea vel manifestius vel cautius aliquid scripsisse videatur. Scio, ait, quod Redemptor meus vivit etiam. Augustinus lib. 22. de civitate Dei, cap. 29. Illud, quod ait Iob, In carne meâ videbo Dominum, resurrectionem carnis sine dubio prophetavit. Cyprianus in expositione Symb. Iob mysticus redundans totus eloquitus, evidenter resurrectionem mortuorum praedicit. Adde Clementem Romanum lib. 5. confir. c. 5. Tertull. de resurrect. car. c. 29. Cyprianum lib. 3. Testim. c. 58. Iustinum in orat. ad Antonium. lib. 5. cap. 15. Nazianzenum orat. 23. in laudem Heronis; Cyrillum Hierosolym. catech. 18. &c.

LXIX.

Membrum quintum.

ἘΠΙΛΤΣΙΣ CONTRARIARVM RATIONVM.

Inter veteres fuit Eugubinus, qui sententiam illam Iobi de metaphorica resurrectione ad meliorem viræ conditionem atque fortunam interpretatus est. Nam juxta ipsum, novissime post calam Eugubini mitosam conditionem Redemptor de terrâ resurrexit, cum tandem visus est sententia. Deus ipse Iobo: tunc rursus circumdat est Iob pelle sua, cum illi integra & sanata restituta est, que ulceribus tota concisa & lacerata fuerat: tum etiam redditus est externus splendor & amictus bonorum omnium, quibus ante spoliatus fuerat: Videlicet preterea Deus loquenter secum, non viderunt alii. Non enim visus est Deus tribus amicis. Eandem εξήγησιν probat & defendit Georgius Eniedinus, NeoArrianus. Argumenta, quibus contra nos pugnant, sunt in duplice differentia. Quædam nostræ εξηγήσιος, quedam versioni Lutheri opponuntur. Nos utramque classem distinctim considerabimus.

LXIX.

Objectiones.

Contra interpretationem hactenus demonstratam.

I. Hebrei æquè, ut Christiani, resurrectionem mortuorum credunt, ideoq; hec verba Iobi, eodem sensu interpretati fuissent. At verò nemo Hebreorum Rabbinorum sic de hoc locutus est: Ergo sequitur, alium horum verborum esse sensum.

G

Resp.

**De senten-
tia Hebreo-** **Resp. i.** Argumentum est peritum ab autoritate humana,
quæ nihil valet in divinis, & rejicitur ab ipsis Photinianis. Nam
possent multa nominari dicta, quæ Rabbini diversimodè alter-
que ac nos, exponunt, etiam circa illa dogmata, in quibus est con-
fensus, ut de Messia, Num autem vera interpretatio est rejicien-
da, quia Rabbini, quorum tamen sensus sunt occœcati 2. Cor. 3. 7.
14. eam non ad probant?

2. Falsissimum est, quod assumitur, ut verum. Suprà enim audi-
vimus testimonia Rabbinorum, qui haut obscure innuunt, Jo-
būm loqui de resurrectione corporis, & de beatâ visione in cœlis.
Nimis igitur audax, ne quid gravius dicam, est pronunciatum,
neminem Hebraeorum sic de hoc loco esse locutum.

LXX,

II. C. ultimo Iobi v. 12. dicitur, quod DEVS benedixit Iobō in novis-
simis magis, quam in principio ejus. Ergo c. 19. Iobius respexit ad benedictio-
nem illam temporalem, factam in novissimis diebus. c. 42.

**An c. 19. Io-
bi respon-
sia ad appa-
ritionem c.
ult. descri-
ptam.** **Respondeo.** 1. Nulla iesit argumento consequentia: Bene-
dixit Deus Iobō ultimo ritæ tempore. Ergo caput 19. non loquitur de resurrec-
tione. Quia hic terminorum est cohaesio?

2. Aliud novissimum c. 19. & aliud c. 42. intelligitur. Ibi iesit
nomē adjectivū נְכָרִים, novissimus, quod referatur vel ad Chri-
stum, vel ad diem ultimum, ut vox diei sit subintelligenda, vel
sumitur adverbialiter: Hic est nomē substantivū נְכָרִים quod
significat finem vel postremitatem, ut Gen. 49. v. 1. Deut. 4. vers. 30.
Nihil que aliud notatur, quam postrema pars ritæ Iobæ, ut si-
sensus; In ætate ultimâ & annis posterioribus, Deus magis bene-
dixit Iobō, quam in ætate priore vel annis prioribus, ante ipsius
calamitates & pressuras. Cum ergo de rebus distinctissimis utro-
biisque sermo sit, utiq; nullus c. 19. sit respectus ad benedictionem
c. 42, quippe quam Jobus tum temporis planè ignoravit.

3. Ipse Eniedinus sibi non latis constat. Nam c. 19. vocem
novissimi cum Mercero referit ad Deum Patrem, qui omnibus ho-
minibus consumitis super terram, postremus sit futurus & in æ-
ternum perstatur, juxta Es. 44. v. 6. Ego sum primus & novissimus,
Seu postremus, hoc est, eternus. Sed cap. 42. vox novissimus refer-

etur

tar ad dies Jobi: Quomodo igitur unum per alterum explicari, & quomodo haec discrepantes interpretationes conciliari possunt? Si enim novissimus est attributum Dei, quae istud ratione potest accommodari statui Jobæ?

LXXI.

III. Eugubinus sic discurrit: Iobus resurrexit die novissimo de terra, hoc est, e suis calamitatibus emerit & exaltatus est; sicut Deus dicitur pauperem erigere de pulvere Psal. 113, vers. 7. Circundatus est pelle suâ, nempe cum illi integra & sana restituta est; vidit Deum loquentem c. 42. Glossa Etat gubini. non viderunt alii, non enim Iesus est tribus amicis: in ultima vero resurrectione conspicuus apparebit Dei Filius impiis aquæ ac iustis.

Res. 1. Glossam audio jam satis refutatam, sed rationem firmam now audio. Nec enim sequitur: Psal. 113. Suscitare de terra est exaltare vel ad honores elevare: E. idem est sensus Iobi 19. Nam quod idem esse nequeat sensus, suprà evidenter probavimus; unde argumenta repetenda sunt.

2. Quod visionem Dei attinet, non intelligitur à Jobo simplex aspectus, sed beatus & salutaris. Per istam enim visionem semetipsum erigit & solatur, quia Dativus mihi, est gaudij, solatij & beatitudinis. Quo pacto nullus peregrinus, nullus impius (qui in Scripturis nominatur, quoniam à vera fide & pietate est alienus, ut suprà in ἀναλύσει docuimus) videbit Christum. Deinde verba Iobi, Ego video, non peregrinus, commodè sic exponi possent, ut non denegetur alijs visio, sed tantum confirmetur ejusdem corporis resurrectio: Ego ipse, non alijs in carne meâ, video D E V M: ut ita respiciat ad identitatem personæ suæ, non vero idem negat alijs. Novit enim optimè, te solum non visurum esse Deum, in celis.

3. Unde probabitur, à solo Iobo, non ab amicis, Deum esse visum in ista apparitione, c. 42. Nam eundem Deum audierunt loquentem, & ipsos increpantem, Iobusque adstiterunt. Unde ergo probabitur, ipsorum oculos fuisse clausos vel detentos, ne viderent Deum?

LXXII.

IV. Chaldaeus legit : Ex carne meā videbo bonum Dei, id est, felicitatem. Ergo de sanitatis & honorum restituzione sermo est.

*De versione
Chaldaica
hujus textus.*

Resp. 1. In paraphrasi Chaldaica habetur בְּנֵי, quam interpres verit non per bonum nominaliter, sed adverbialiter. Boxtoffius in Lexico pag. 965. בְּנֵי convenire, ait, cum Hebræo בְּנֵי redire, reversus est, quia Chaldaicè Schin econvertitur in Thau, ut scribit pag. 878. Sumitur autem בְּנֵי non ut verbum, reversus est, sed ut adverbium, denuò, iterum. Habent enim Hebrei regulam, quam notavit Schindlerus in Lexico col. 1816. A. Quando בְּנֵי cum alio verbo construitur, valet iterum, rursus, denuò, ut El. 6. v. 13. Psalm. 71. v. 20. Psal. 78. v. 41. Psal. 85. v. 7. Fit autem hoc v. 26 c. 19. Iob. Præcedit enim verbum Videbo. Imò apud Chaldaeos בְּנֵי sèpè ponitur absolute, Pro rursus, amplius, præterea, item. Fallunt ergo adversarii, quando Chaldaum legere dicunt: Videbo bonum Dei. Errorem verò videntur haufisse inde, quod forsitan quispiam non rectè attendit literas, nec legit בְּנֵי iterum, ut est in omnibus exemplaribus, sed בְּנֵי quod Chaldaicè notat bonum vel beneficium, à בְּנֵי bonus. Quid a nostræ cause præjudicare potest adversariorum negligentia & scordia? Rectius inspiciant textum, antequam ex illo contra nos argumentari præsumant.

2. Si maximè Chaldaeus ita vertisset, hinc tamen injimè viceissent adversarii. Argumentum enim est ab autoritate humana, cui vicissim opponimus autoritatem LXX. Patrum & aliorum interpretum plurimorum.

V. Quomodo est verisimile, lobum aliquid de resurrectione Christi scivisse aut cogitasse, cum ne Apostoli quidem, quamvis sepè à Christo admoniti & docti, illam sciverint, aut crediderint, antequam manifestis & crebris rediuti Christi apparitionibus confirmati sunt?

Resp. 1. Nulla inest argumento consequentia: Apostoli non crediderunt resurrectionem Christi; Ergo nec lobus, nec alii fideles in Veteri Testamento eam crediderunt. Nam Christi discipuli erant fascinati opinione regni mundani, quem errorem omnibus pijs Testamento Veteris tribuere velle, nimis audax pronunciatum esset.

2. Pari modo aliquis ita concludere posset: Apostoli non crediderunt, Christum pro peccatis mundi moriendum; Ergo nec lobus, nec alii hoc credidisse.

erediderunt: cum tamen Esias c. 53. clarissimè de hoc vaticinatus fuerit,

3. Paulus ait, Christum tertiam dìe resurrexisse secundum Scripturas.
1. Cor. 15. v. 4. Ergò fidelibus iu V. T. qui Scripturas habuerunt, non fuit planè incognita futura Christi Resurreccio. Referunt hoc pleriq; interpres dictum Davidis Ps. 16. v. 8. quod explicatur Ad. 2. v. 27 & dictum Osee c. 6. v. 2. typum Iona c. 2. v. 1. II. de quo legitur Matth. 12. v. 40.

LXXIII.

Objectiones adversus Germanicam Lutherificationem?

1. Lutherus vitiō nō exponit adverbialiter hernach, ac si legeretur נִמְרָא deinceps, ut Iobi 3. v. 1. Nomina verò & adverbia maximè differunt, nec sunt invicem permixtanda.

Resp. i. Hebraicū familiare est ut nomina ponantur loco adverbiorum. Exempla ubivis sunt obvia: cumq; verborum cohären-
tia & scopus Iobi hoc ipsum requirant, rectè Lutherus adverbia-
liter vertit.

De vocabulo

אֲחַרְנָן

2. Si maximè concedamus, נִמְרָא habere sensum nominalem, nihil tamen contra nos obtinebit adversarius. Potest enim subin-
telligi aliud nomen substantivum, ut tempus, dies, quia frequētes sunt apud Hebraos hujusmodi Ellipses, ut Deut. 13. v. 10. Et ma-
nus totius populi. נִמְרָא in postrema scilicet פָּעֵם vice, hoc est, po-
strem. Similis loquendi ratio est apud Iobum: Resurget נִמְרָא ultimo, nimis dic, hoc est, deinceps, postremò, hernach.

3. Si maximè ad Redemptorem referas, nō tamen culpari debet Lutheri versio, quia non respexit voces singulas, sed sensum, quod fidelis etiam est interpretis. Si enim Christus surget novissimus, utiq; & surget novissimò, hernach.

LXXIV.

II. Lutherus sumit pulvrem pro sepulturā & sepulturō receptaculo, ex quo revocandi in vitam mortui, cum in textu Hebraeo non habeatur ex pulvere uti habetur Iobi 28. v. 2. sed super vel סְמִינָה עַפְרָה vel סְמִינָה עַפְרָה ג 3

לְעֵבֶר ut & cap. 17. v. 15. c. 41. v. 24. quibus in locis Phrasis isthae non motum de loco, sed ad locum, vel in loco significat.

De nomine עַבְרָי. Resp. i. Nos verba עַבְרָי non simpliciter vertimus ē pulvere, sed si de verbo ad verbum sit reddendum, ita reddimus, super terram vel in terrā stabit, nempē Christus ē sepulchro prodiens redivivus.

2. Adversarij negare nequeunt præpositionem לְעֵבֶר plurimas admittere significationes, nec semper motum ad locum denotare, sed s̄ipius notare à vel ab, ut Zach. 4. v. 3. Argumentum ergo est ex meritis particularibus conflatum: לְעֵבֶר quandoq; notat motum ad locam: E. semper. Ergo etiam cap. 19. Iobi: LXX, sanè contradicunt, qui vertent ἀπὸ γῆς. nostram verò sententiam supra in ἐν γῆς latis prolixè expoluimus.

3. Per לְעֵבֶר in Scripturis sepulchra & receptacula mortuorum notari, frequentius est, quam ut probari debeat. Vide Es. 3. c. 14. Iob. 17. v. ult. C. 20. v. 11. C. 21. v. 26. Es. 26. v. 19. Dan. 12. v. 2. &c.

4. Lutherus vicissim non verba, sed sensum attendit, adeoque non verbum de verbo reddidit, sed scopum Jobi & veram ejus mentem exposuit, quod interpres alij similiter observavunt, & ob hoc jure laudantur, nedum ut reprehendantur.

LXXV.

Quæ autem præterea objiciunt de verbo עַבְרָי quod Lutherus vertit activè, Er wird mich auferwecken, & sensu v. 26. Postquam pellem meam contriveriar, ubi Lutherus reddidit, Und ich werde darnach mit dieser meiner Haut umbgeben werden / ad ista omnia responsum est soprā in ωδῃ Περὶ τοῦ, quæ hic repetere nolumus, ne Lectori fastidium creemus.

LXXVI.

Membrum Sextum.

BREVIS AD QUÆSTIONES NONNVLLAS E TEXTU
FLVENTES AΝΤΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

QUÆSTIO I.

Num fides per ignorantiam definiri
debeat?

Ite

Ita quidem Bellarmino visum est, quilibet. i. de justif. c. 7. col. Opinio Bel-
larmini.
949. B. Mysteria, inquit, fidei, quae rationem superant, credimus; non intel-
ligimus; ac per hoc fides distinguuntur contra scientiam, & melius per ignorantie
am, quam per notitiam definitur. Sed contrarium suo exemplo Jo-
bus confirmat, qui sublimem & omni rationi incomprehensibilem per di-
lem Resurrectionis articulum se plenissime scire, adeoque scientiam lobis
do credere profiteretur. Ex quo tale argumentum nequitamus: Resur-
rectio mortuorum scitur. Resurreccio est articulus fidei: E. quidam
articulus fidei scitur, & per consequens, falsum est generale istud Bel-
larmini pronunciatum, mysteria fidei rationem superantia non
intelligi, vel fidem contra scientiam distingui.

LXXVII.

Potest insuper falsitas istius hypotheseos evinci. A fidei sy-
nonymis *Luc. 1.v.77. Rom. 6.v.25. Tit. 1.v.1.* A claris Scriptura testimonia-
tioribus, *Ez. 53.v.11. Heb. 11.v.3.* Ab attributo fidelium, qui dicuntur co-
gnoscere & intelligere, *Math. 13.v.23. Joh. 6.v.69. Gal. 4.v.9. Eph. 1.v.17.*
A fidei oppositis, quae sunt stultitia, *Luc. 24.v.25.* ignorantia, *Act. 7.v.23.30.* & cæcitas *Rom. 11.v.28.* Ab absensu, qui notitiam semper
præsupponit, unde *Cyrillus l. ii. in Joh. c. 16.* scribit: Fides quid ali-
ud est, quam vera DEI cognitio? Quæ argumenta tam firma sunt, ut
Jesu Christo Cœstro testimonium veritatis extorserint, siquidem e.
4. Enchir. mihi p. 170. faterur, primam fidei proprietatem esse, quod sit
species quædam cognitionis, non minus *scientia* & *opinio*, sicut *A-*
postolus ad Hebr. ii. v. 3. Fides intelligimus.

LXXIX.

Notandum vero est, quod cognitione versetur, vel circa quæstio-
nem, *An sit*, vel circa quæstionem *Quod sit*, & propter quid. Ibi rei exi-
guitio, *bis* essentia, causa & modus cognoscitur: Illam vocant no-
titiam certitudinis, quia res certò quoad existere suum cognoscitur:
hanc evidenter, cum præterea ejus quidditas vel per sensum, vel per
rationem apodicticam innoteat. Priorem cognitionis speciem cum
primis notata volumus, non posteriorem, quando mysteria divina
sciri per fidem statuimus. Quod ipsum difficeri non potuit *Gregor.*
de Valentia, qui *Tom. I. disput.* in *Thomam disp. I. quæst. I. puncto 3.*
col. 28. A. ita scribit: In aliis Scriptura locis, illa, que cognoscuntur per fi-
dem, hoc ipso solùm quod certa sunt, sciri dicuntur, ut *Job. 19. Scio quod Re-*
demtor meus vivit.

LXXXIX. Port.

LXXIX.

Aliud est no- Porro & hæc distinctio venit observanda, quod aliud sit
titia, & aliud γνῶσης vel notitia, aliud θεωρία vel scientia. Nam illa notat co-
gnitionem rei, in genere, qualisunque sit: hæc simul cognitionem in specie, rerum donataxat necessariatum, per demon-
strations à priori, quo sensu in posterioribus analyticis accipi-
tur. Concedimus igitur, quod fides non sit θεωρία Philosophi-
ca, interim tamen non est mera γνῶσις sed γνῶση aliqua, cùm ni-
hil credam, nisi quod credendum esse, & ita se habere, sciām.
Ac proinde rectè sentit Bellarm., cùm fidem negat esse θεωρίαν.
sensu speciali & Philosophico acceptam: Etrat autem, vel ad
minimum incommodè loquitur in eo, dum infert, fidem esse igno-
rantiam, quia non sit θεωρία Philosophica. Quasi verò à remotione
unius speciei licet argumentari ad remotionem generis: & quasi
præter scientiam humanam non detur γνῶση divina & Theologi-
ca, quæ vocatur sapientia DEI, 1. Cor. 2. v. 6. 7.

LXXX.

QUÆSTIO II.

Quænam salvificæ fidei partes sint?

Tres sunt
partes fidei.

Si Iobi exemplum consideraverimus, parata erit responsio.
Nam cùm ille crederet futuram sui corporis resurrectionem,
1. Sciebat, hoc sibi promissum & revelatum esse. 2. Toto animo
assentiebatur, & plenissimè de hoc ipso persuasus erat. 3. Fiduciam
propterea suam ponebat in Christum Redemptorem, omnesque
miserias spe resurrectionis & beatæ visionis leniebat. Fides igitur
Iobi constabat tribus partibus sive aetibus, invicem consequē-
tibus. 1. Notitiâ. 2. Assensu. 3. Fiducia. Et hæc tria in verâ fide semper
concurrere oportet.

LXXXI.

Requiritur enim in Credente 1. θεωρίας seu illuminatio mentis,
quæ cognoscuntur ea, quæ tum ad DEI, cùm ad nostri notitiam spe-
cient, juxta dicta Job. 17. v. 3. 2. Pet. 2. v. 21. 1. Job. 2. v. 3, 4. Requiritur 2.
συναφίας, hoc est, judicium adprobans & assensus firmus, quo credi-
mus Deo, ejusq; verbo, tanquam veritati primæ & infallibili, unde
fides appellatur ἐλπίς χριστού, argumentū seu certa
persuasio de rebus etiam nondum apparentibus, Heb. 11. v. 1. Requi-
ritur tandem 3. πέπονθεμα vel apprehensio & receptio fiducialis, per
quam meritū Christi & promissiones gratia firmiter applicatur.

Nam

Nam fiducia est Christum quætere *Ez. 55. v. 6.* ad illum venire.

Matth. 11. v. 28. ipsum cum sua iustitia apprehendere. *Rom. 9. v. 36.*

meritum ejus sibi appropriare *Philip. 1. v. 21.* pleno conatu cordis in

id ferri, *Rom. 4. v. 21.* & in eo suavissime acquiscere, *Heb. 10. v. 22.*

LXXXII.

Partium harum multa sunt discrimina. Primam enim habere possunt heretici: Secundam tantum orthodoxi: Tertiam soli partium serenati, adeoque posterius membrum semper includit prius, non dei. contraria. Piores duæ partes ad intellectum, tertia ad voluntatem. pertinet. Piores respiciunt omne verbum Dei, tertia promissionem gratiae & meritum Christi. Per notitiam cognoscimus revelationem deo: per assensum credimus Deo: per fiduciam credimus in Deum, quæ jactim exprimuntur *Ioh. 14. v. 10.* qui de notitia, *v. 11.* qui de assensu, *v. 12.* qui de fiducia loquitur.

LXXXIII.

Errant igitur, 1. Photiniani, qui fidem salvificam in generali *Errores Photini* tantum fiducia & nova obedientia faciam esse autem, ut patet in *tinianorum ex Germanicis Institutionibus Ostyadi c. 2. p. 12. seqq.* & Pontifici. 2. Pontificii, qui notitiam est definitione fidei removent, & loco ciorum, fiducia meram dubitationem substituunt, quo pacto tum fidei natura impugnatur, quippe, quam fiduciam esse, & Etymologia, & synonymia, & manifesta Scripturarum dicta, & declaratio Exegetica, & loca parallela, & fidei effecta, & fidelium exempla, & alia multa clarissime ostendunt: tum omne solatium Christianis admittit, ut morituri nihil habent solidi, quo turbaram, sollicitaque animam erigere possint.

LXXXIV.

QUÆSTIO III.

Quodnam fidei objectum sit?

Cum fides sit partim notitia & assensus in intellectu, partim fiducia in voluntate, hinc pro diversitate istarum partium diversa objecta nanciscitur. Nam objectum assensus vel est adequatum, assensus, nimirum omne & solum verbum Dei, cui eni & soli debemus assentiri *2. Tim. 3. v. 14. 2. Pet. 1. v. 18. 19.* vel est primarium, quod sunt præcipua doctrinæ capita, quæ vulgo solemus nuncupare articulos fidei. Et hoc objectum assensus à lobo quidem distinetè non

H

expo-

Exponitur: attamen sine omni dubio præsupponitur, & quodammodo istis verbis involvitur, Scio, Redemtorem meum vivere. Nam ibi duo distincta objecta delitescant. 1. Redemtor pro nobis satisfaciens, 2. Vita & resurrectio Redemtoris. Ipse Redemtor cum suo merito, est objectum fiduciae: sed vita & resurrectio Redemtoris, notitia & assensus objectum est.

LXXXV.

Objectum fiduciae.

Fiduciam ergo quod porrò attinet, hujus objectum vel est generale, nimurum promissio gratia; vel speciale, quod est Christus Redempator. Utrumque Iobus noster attingit. 1. Generale, dum ait, Secerò visurum esse Deum post resurrectionem. Fides igitur Iobi apprehendit promissiones gratiae de hereditate cœlestis vita, omnibus fidelibus in verbo promissa. 2. Speciale, dum Redemptorem suum expressè nominat, in quem fides iustificans unicè fertur, & dirigitur. Nec enim alia ratione iustificat, quam quarenus Christum apprehendit & redemtionem per illum factam sibi appropriat. Nullum igitur aliud fidei salvifica objectum speciale debet statui, quam Christus Redemtor, pro percatis humani generis suâ passione & morte satisfaciens. Probari hoc potest. 1. A remotione aliorum objectorum. 2. A luculentâ Scripturæ attestatione. 3. Ab exemplo Abrahæ aliisque rationibus, quas cùm alibi proposuerimus, hic iterum recensere supervacaneum esse, judicamus,

LXXXVI.

Vicissim igitur errant. 1. Photiniani, præcisè negantes, fidem iustificare per apprehensionem Christi redemptoris, ejusque meriti, de quo vide Socinum parte 4. de servatore. c. 9. pag. 368. seqq. 2. Pontificij, statuentes fidei iustificantis objectum non esse specialem misericordiam in Christo Redemptore, sed omnia, quæ Deus in verbo revelare dignatus est, ut contendit Bellarminus lib. 1. de justif. c. 4. 8. 9. & 10.

LXXXVII.

QUÆSTIO IV.

Quodnam fides subjectum habeat?

Rei subjectum aliud est *Quod*, & adæquatum dicitur: aliud *Quo*, & primarium vocatur. Adæquatum, est subjectum, quod rem adæquate possidet: Primarium est, quo mediante res possideatur.

Iam

Iam ut ad fidem hæc applicemus, subjectum ejus Quod vel adæ- Subjectum
quatum Homo est, ideoque Iobus ait, Ego, nempè qui verus homo fidei adæ-
sum, Scio Redemptorem meum vivere, Ego video Deum in carne mea, quatum.
Subjectum Quo est geminum, nempè partim intellectus, partim vo- Subiectum
luntas hominis. Quia enim fides ut creditum omnium, sic Iob- fidei Quo
bi, partim notitia & assensus fuit, partim fiducia in Christum Re- demtorem, ut quæst. 2. ostensum; hinc pro subiecto habet utramque animæ rationalis potentiam, nempè intellectum & voluntatem. Ut enim intellectus est scire & assentiri, sic voluntatis est desiderare, & confidere. Fides igitur in intellectu est, respectu notitiae & assensus; in voluntate, respectu desiderij & fiduciae,

LXXXIX.

Norandum verò, quod aliud sit inhesionis, aliud perfectio- Aliud est in
nionis subjectum, illud semper est substantia, quippe cui soli inhesionis, &
haerent accidentia. Hoc esse possunt qualitates ac facultates, qui aliud perfe-
bus nonnunquam veluti subjectis, attribuantur habitus & virtutis sub-
jectus, quoniam his perficiuntur & ad agendum expedire redditum.
tur. Subjectum inhesionis primarium non nisi est unicum: sed perfectio-
nū potest esse geminum. Sic imago Dei, quæ essentialiter una fuit,
partim in intellectu habet, quoad sapientiam, partim in voluntate,
quoad justitiam. Sic liberum arbitrium, ratione arbitrij in intellectu,
ratione libertatis, in voluntate ponitur, juxta Lombardum
lib. 2. sent. distinct. 24. lit. C. & Thomam part. 1. quæst. 83. artic. 3.
Pari modo fides unicum inhesionis subjectum habet primarium,
nempè animam rationalem, vel cor humanum, ut Scriptura loquitur;
haber autem subjecta duo perfectionis, nempè tum intellectus,
qui per notitiam & assensum; tum voluntatem, quæ per fiduciam
instruitur & perficitur. Sic igitur, ut brevissimis hoc ζητημα ex-
pediamus, subjectum fidei adæquatum homo est, subjectum inhesionis pri-
marium anima est; subjectum perfectionis proximum intellectus & volun-
tas est.

LXXXIX.

QUÆSTIO V.

Quo sensu & respectu Christus appelletur
Redemptor noster?

H. 2

Quod

Quod Iobus per Redemptorem suum comprimitis intelligat
Dei Filium, mundi Messiam, supra demonstratum dedimus: iam
potro venit in controversiam, Quo sensu Redemptoris vocabulum, Chri-
sto tributum, intelligi debeat? Pugnant Photiniani pro sensu metapho-
rico, ubi redimere idem est, quod nudè liberare aut sibi asserere,
quantumvis nulla veri pretij solutio interveniat, quo pacto Mo-
ses dicitur *λύσθης* vel Redemptor *Ad. 7. v. 36.* Statuunt ergo, Chri-
**Photiniaro-
rum opinio
de Redem-
tore.**
stum vocari Redemptorem nostrum, non quasi premium aliquod
nostrum loco persolverit, sed quatenus docendo & confirmando,
veram salutis viam, nos sibi asseruit, & etiam in intercedendo apud
Patrem ac salvando, a poenis inferni nos liberat. Verum si Scri-
pturam consuluerimus, Redemptionem per Christum factam lon-
gè alia ratione describi cognoscemus.

XC.

Nam Rom. 3. v. 24, 25. dicimus justificari per redēptionē Chri-
stī, quatenus illum proposuit iāσθετον vel propitiatorium in sanguine ipsi-
us, ad ostensionem iustitiae, per remissionem peccatorum præteritorum. Ubi
sane metaphorica redēptionē nequit intelligi, quia Christus ex-
pressè vocatur iāσθετον vel placamentum, & quidem in sanguine
suo, eō quod hujus effusio nobis cedat in placationem coram
DEO, per peccata nostra offenso, & nobis irato. Diligenter ergo
consideretur & observetur, quod in Scripturis 1. Christus dicatur
nos emisse, 2. Pet. 2. v. 1. Apolyp. 5. v. 9. ubi est verbum αἴρεσθαι,
quod includit verum preium, cuius interventu aliquid emitur.
2. Quod dicatur ita redēmisse, ut factus sit nobis placamentum, unde
lequitur, iram & indignationem Patris præcessisse, quippe, qui
mortē Christi placari debuit. 3. Quod dicatur nos redēmisse per
proprium sanguinem AEt. 20. v. 28. Ephes. 1. v. 7. Colos. 1. v. 14. quā
phrasī nihil potest aliud, quam ipsum redēptionis preium nota-
ri, quod patet ex oppositione tum sanguinis hircorum & vitulō-
rum, Heb. 9. v. 12. tum corruptibilis auri & argenti, 1. Pet. 1. v. 18.
Ut enim hoc est preium emtionis, sic Christi sanguinem nostræ
λεπτούσατες preium fuisse sequitur; quam ob causam ipse vo-
catur αἴρεσθαι, 1. Tim. 2. v. 6. hoc est, preium pro nobis datum.
4. Quod sanguis ille fuerit victimalis, quoniam effusus est in remis-
sionem peccatorum, Matth. 26. v. 28, Heb. 9. v. 22. Et tandem 5.
Quod

Quod illa sanguinis effusio expressa vocetur magnum pretium, quo sumus redemti 1. Cor. 6. v. 20.

XCI.

Ex quibus omnibus tale necimus argumentum: *Quicquid intercedente morte, & per sanguinem effusum aliquem redimit, is propriè ob interventum veri pretij Redemptor appellatur. Sed Christus intercedente morte, & per sanguinem suum, effusum in ara crucis, redemit Genus humanum, ut hactenus ostensum: Quare Christus propriè, (non metaphoricè,) ob interventum verij pretij Redemptor noster appellatur, id quod erat demonstrandum.*

XCH.

QUÆSTIO VI.

Num ex resurrectione Christi divinitas eius probari possit?

Si considereretur, quod proprià virtute resurrexerit è lepulchro, non infirmum pro divinitate Christi argumentum neci potest. Nam proprià virtute mortuos resuscitare, & è mortuis resurgere, solius Dei opus est. Qui n. merus homo, jā sepultus & examinatus, seipsum in vitam revocare posset? At verò Christus proprià virtute resurrexit, quod Jobus innuit, dicens: *Ipse postremus super pulvarem stabit, nempe ut Dux vitę & victor mortis, qui suā virtute in vitam redibit, quod luculentius declaratur Joh. 2. v. 19. Destruite templum hoc, & Ego tribus diebus Erigam illud: Et Joh. 10. v. 8. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo, rursus eam assumendi.* Quare Christum non merum esse hominem, sed unā verum Deum, consequitur.

Affirmativa
defenditur.

XCII.

Neque verò obstat, quod Pater Filium suscitasse dicitur, *Act. 2. v. 32. 1. Cor. 15. & 26. Eph. 2. v. 20.* Opera enim Trinitatis ad extra sunt indivisa; nec valet argumentum ab inclusione unius personæ ad exclusionem alterius. Pater igitur suscitavit Filium non sine Filio, sed per ipsum, non ut per instrumentum, sed ut per aliam personam ejusdem essentia & potentiae cum Parre. Nam quæcunque Pater facit, & Filius similiter facit *Ioh. 5. v. 19.*

XCIV.

QUÆSTIO VII.

H 3

An



An idem numero Corpus in vitam sit rediturum?

Memorat Hieronymus, in Epist. ad Pamphach, de Origene & Iohanne Hierosolymitano, quod concesserint quidem, Homines resurrecturos in corporibus, sed aëreis vel aëre subtilioribus, non autem constantibus ex carne & membris. Quem ipsum errorem Gregorius tribuit Eutychia, Episcopo Constantinopolitano lib. 14. Moral. c. 31. & 32. In simili opinione hærent Photiniani, qui corpora resuscitatorum sine carne & sanguine fore contendunt, ut apparer ex institutio-nibus Ostrodi, C. 42. p. 388. & seq.

XCV.

Affirma-tur ob con-fessionem
Jobi.

His omnibus scatis firmiter opponere possumus Jobi nostri confessionem, quâ se rursus pelle suâ circumdataum iri & in carne suâ DEUM visurum esse, luculenter profetator. Repetimus autem suprà demonstraram Conclusionem, quod Jobus de futura corporis resurrectione loquatur, & inde sic arguimus: *Quicung^s suâ pelle circumdabitur, & in suâ carne videbit DEUM, is numero idem resurget, carnemq^s; & sanguinem habebit. Sed Jobus sua pelle circumdabitur, & in sua carne videbit DEUM. Quare Jobus numerus idem resurget, carnemq^s; & sanguinem habebit, id quod per consequens de aliis quoque resuscitatis affirmandum, cum de similibus idem sit Judicium.*

XCVI.

Idem proba-tur per dicta Psal. 34. v. 21. Custodit Dominus omnia ossa Sanctorum, unum ex his non conteretur. Si omnia tam diligenter custodiuntur, utique suo tempore restituentur, quia nullus custodiae istius potest esse finis alius. Hinc Apostolus δεκτικῶς inquit: Oportet Hoc corruptibile (τὸ φρεστὸν τὸ τοῦ) induere incorruptionem &c. Hoc mortale (τὸ θνητὸν τὸ τοῦ) induere immortalitatem, 1. Cor. 15. v. 53. Quod igitur facit subjectum mortalitatis, hoc ipsum, non aliud debet esse subjectum immortalitatis, teste Apostolo. Fuit autem verum corpus, carnem & sanguinem habens, ideoque hoc ipsum, non aliud invitam revocabitur.

XCVII.

XCVII.

Possunt insuper rationes quædam adjungi.

1. *A Iustitia & divina*, quæ postulat, ut illa ipsa caro Sanctorum, quæ militavit, coronetur; & illa ipsa caro impiorum, quæ blasphemavit, torqueatur, unde Apostolus ait 2. Cor. 5. v. 10. *Reseret unusquisq; propria corporis*; Et rationes ab analogia fidei.

& Ephes. 6. v. 8. *Quisquis recipiet, quod faciet*: de quo prolixius agitur 2. Theß. 1. v. 9. & seqq. Huc spectat illud Ambrosij de fide resurrectio. c. 19. *Hec est series & causa iustitiae, ut quoniam corporis animiq; communis est actus, quæ animus cogitavit, corpus effectit, utrumq; in judicium veniat, utrumq; aut poena dedatur, aut gloria reservetur.*

2. *A Verbo resurgendi*: Hoc enim illud ipsum corpus innuit, quod per mortem cecidit, siquidem resurrectio non est nova novi corporis Creatio, sed antiqui & mortui in vitam revocatio; unde Damascenus l. 4. de F. O. c. 28. *αὐτὸν οὐκ οὐδὲ τοῦ πεπτωκός τοι, ἀλλὰ κανόναν στάσιν εἰς τὸν θάνατον*. Et Ambrosius l. d. ait: *Hec est resurrectio, sicut verbi ipsius sonus exprimitur, ut quod cecidie, resurgat; quod mortuum fuerit, reviviscat.*

3. *A Resurrectione Christi*. Hic idem recepit corpus, quod gestaverat, & eadem carne resurrexit, secundum quam ceciderat Ioh. 2. v. 19. ex quo verisimiliter concluditur, quod & nostra simus recepturi corpora, cum capiti assimilari debeant membra, & resurrectio Christi fuerit exemplum resurrectionis nostræ.

4. *A priorum conditione*. Horum corpora DEUS sibi dicavit & sacravit in templo, 1. Cor. 3. v. 16. & C. 6. v. 15. Non igitur protinus abolebit, sed potius in vitam revocabit, & aeternis præmis afficiet.

5. *A Symbolis Ecclesie*. Apostolicum habet: *Credo resurrectionem carnis*, qui articulus Cypriano teste, in Ecclesijs Africanis sic pronunciabatur: *Credo resurrectionem Carnis hujus. Sic in Symbolo Athanasij dicitur: Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis.*

Deniq; 6. *A testimoniis Patrum*. Athanasius de vita Antonij: *Confido in Domino, quia necessarium Resurrectionis tempore Hoc corpusculum resurgent incorruptum*. Hieronym, Epist. 61. *Fide Ecclesia apertissime ostebitur.*

Resurrec-

Resurrectionis veritas Catholica, sine carne & ossibus, sine sanguine & membris intelligi non potest. Augustinus in Enchirid. cap. 84. Resurrectum carnem omnium, quicunque nati sunt, hominum, atq; nascentur, & mortui sunt atque morientur, nullo modo dubitare debet Christianus.

XCVIII.

QUESTIO VIII.

Num DEUS quoad Essentiam suam oculis corporeis possit videri?

Affirmativam Jobus videtur defendere, quando hic animo Rationes pro se pronunciat: *In Carne mea video DEVM: oculi mei conspecturi sunt affirmativa, illum. Et eodem nonnulli referunt dictum Apostoli 1, Cor. 13, v. 12. Videbimus de facie ad faciem, Et t. Ioh. 3, v. 2. Videbimus eum, sicuti est. Contrarium tamen placet plerisque Scholasticis, qui licet futuram esse oculorum clarificationem, fateantur, non tamen tantam esse contendunt, ut ipsa DEI essentia per naturae suz speciem, in altera etiam vita, corporeis oculis percipi queat, ideoque dicta allegata de visione mentis seu pleniori notitia DEI exponunt.*

XCIX.

Et sane non contempnenda pro negativa rationes allegari possunt.

1. Nullus Spiritus cadit sub sensum corporis: *At vero DEVS est Spiritus, & quidem immensus, æternus ac infinitus. Non igitur cadit sub sensum corporis, & per consequens, nec sub visum.*
2. Nulla potentia potest ferri extra suum objectum. *Sed objectum visus corporalis est visibile corporeum, DEUS autem est incorporeus. Quare visus corporalis in DEUM nequit ferri.*
3. Visionis objectum color est (teste Philosopho l. 2. de anima §66.) qui definitur extremitas perspicui in corpore terminato, vel qualitas ex luido & opaco congregatis exurgens. DEO autem non convenit color, quia corpus non est. Ergo in numero ratiōē & operatiōē collocari nequit. Has rationes urget Thomas part. 1. quæst. 12. & Gregorius de Valentia disput. 1. quæst. 13. punc. 8.

Decisio qua-
stionis.

Nos breviter respondemus, vel quare de visionis corporalis certitudine; vel de ejusdem possibiliitate. Si quis certò scire velit,
qualis

qualis futura sit Dei visio in altera vita, respondebimus ad morem Au-
gustini: Non liquet. Quia enim in cogitationes hominis nondum
ascenderunt, quae Deus preparavit si delibus suis; Hinc temerari-
um viderat, si quis ipsum visionis beatæ modum præcisè deter-
minare & rigorosè defendere ausit. Neque dicta superius posita
id evincuat, cùm lobus de visione Christi Redemptoris loquatur,
& secundum humanitatem accipi possint; Cetera vero dicitur de
visione mentali, sine absurditate queant intelligi. Quod si au-
tem de possibiliitate queratur, num per absolutam Dei potentiam, oculi be-
atorum ita queant classificari, ut essentiam Dei videant? sane affirmativa
videtur esse subscriptendum. Non enim temere ob rationes Phy-
losas, ex communi naturæ cursu peticas, insisto DEI potentia
coarctari, vel ejus vires juxta nostrum dijudicari debent.
Nunquam enim satis fuerit homini felicis ingenij, cogitare omnia magnifica-
ca, ingentia, immensa, de ineffabili omnipotencia DEI. Nam quotus quisque
nostrum ignorat inicitiam suam? Quam tamen demum cum vera sapientia com-
mutabit, ubi non invitus, at vero libens fatebitur, se nihil sciere, uti præ-
clarè scribit Scaliger, Exerc. 369. sect. 9.

C I.

Eandem moderationem adhibuit Augustinus, qui lib. 22. de
civ. Dei. c. 29. in dubio voluit relinquere, num oculus gloriatus di-
vinam essentiam in altera vita sit asperatus. De potentia Dei
non quidem facile dubitandum est; ipsis tamen voluntas, quo-
ad futuræ visionis modum non satis videtur expressa: Ideoque
magis annitendum est, quomodo ad beatæ visionis iucunditatem
perveniamus, quam ut de illius qualitate & modo multa solicite
disputemus. Præstat enim magis talia fructuose experiri, quam
de incertis curiosè altercari, quippe que sine crimine ignoran-
tur, sed non sine discrimine indagantur.

C II.

Membrum VII. & ultimum.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΩΝ ΚΠΟΡΥΝΔΑΜΕ ΕΤ ΛΟΓΟΡΥΜ
ΚΟΜΜΥΝΙΜ ΕΠΙΣΗΜΒΙΩΣΙΣ.

Quantumvis loci morales & practici ad suggestum magis,
quam ad cathedram Academicam spectent, ut tamen plena sit.

I

hujus

hujus testimonij expositio, unam & alteram è verbis Jobi fluentem doctrinam colophonis loco subjungemus,

CIII.

*De unitate
& consensu
fidelium.*

I. De unitate & consensu fidelium: Huc collimat lobus, cùm ait: *Et ego scio, hoc est, eandem cum aliis fidem habeo, & eadem esse resurrectionis me sustento.* Nam ut unus omnium fidelium Deus est, Deut. 6. v. 4. I. Corinb. 8. vers. 6. & unius Dei hominumque mediator, I. Timoth. 2. vers. 5. sic & una Christianorum fides est, Eph. 4. v. 4. s. quā Redemptorem suum apprehendunt, per cuius solius gratiam nos salvari credimus, quemadmodū & Patres, Act. 15. v. 11. Hinc Ecclesia ob ejusdem fidei confessionem, consensumque mutuum, una nominatur in symbolo; & præfigurata est per unam arcam, Gen. 6. v. 14. per unam vineam, Psal. 80. v. 9. per unum hortum, Cant. 4. vers. 12. per unam columbam, Cant. 6. v. 8. per unum ovile, Ioh. 10. v. 10. Et hinc unum corpus dicimur, Rom. 12. v. 5. imò unus in Christo, Gal. 3. v. 21. Ut enim in malo punico multa grana capsulis distincta uniuntur: sic Christianos singulos per unitatem fidei & consensus mutui copulari oportet. Videamus igitur, ut quisvis cum lobo dicere queat: *Et ego scio, & ego cum aliis credo, nec peregrinum dogma teneo.* Ab uno sumus Pare, qui nos adoptat; sub uno sumus capite, quod nos gubernat; In uno sumus spiritu, qui nos sanctificat; unum est verbum, per quod vocamur; unus est finis, quod tendimus; una est via, per quam incedere debemus: Regnet igitur inter nos unitas fidei, ne dissentiamus; & unitas charitatis, ne proximo noceamus:

*Sint unum maneant̄, unum, fateantur & unum,
Qui unum de Christi nomine nomen habent.*

CIV.

*De certitudine
fidei &
salutis,*

II. De certitudine fidei & salutis. Fides Pontificis ignorantia est quoad *gewissas*, & dubitatio quoad *möglichen*: sed lobo est noticia in mente, & fiducia in voluntate. Faretur enim scriere, sibiique certō persuasum esse, quod Redemptorem habeat, et umquam vivum, cuius gratia sit resurrecturus è mortuis, & beatā visione fruirurus in cœlis. Hoc confirmant particulae specialis applicationis, *Novi Redemptorem M E V M : In carne M E A videbo D E V M;*

ecclisi



oculi MEI conspecturi sunt illum, quæ particularis applicatio veræ πλη^η
φορία nota est. Valeat ergo incerta & infida illa fides Papisti-
ca: valeat desperationis plena dubitatio. Nos cum Jobo novi-
mus, Redemptorem nostrum vivere: Novimus, eum nobis propi-
tium esse: Novimus, nos æternæ vitæ heredes, & beatæ visionis
participes fore. Fides non est fluctuatio, sed certa fiducia, Hebr.
11. v. 1. Ex fide pacem habemus ad Deum, Rom. 5. v. 1. In Christo
Redemptore fiduciam & accessum habemus, Eph. 3. v. 12. Id quoque
scimus, quod translati sumus de morte ad vitam; 1. Ioh. 3. vers. 14.
Quia accepimus spiritum adoptionis, Rom. 8. v. 15. Et spiritum
promissionis, qui pignus est hereditatis nostræ, Eph. 1. vers. 13. 14.
Credamus igitur cum Abraham coram spem in spem, Rom. 4. v. 18.
Et dicamus cum Paulo, Ceteris suis quod nihil me separare queat à cha-
ritate Dei, quæ est in Christo Iesu, Rom. 8. v. 39. Qui autem hæsitatur,
similis est fluctui mari, qui a vento movetur & circumfertur,
Iac. 1. v. 6. Hæsitandum vero esse montat Papicola, quam ob cau-
sam merito suspecta sit illorum doctrina. Unde rectissime scripsit
Luth. in cap. 41. Gen.: Etiam si nihil præterea fuisset in doctrina Pontificis,
quam quod docuerint, nos debere vagari & fluctuare, ambigentes & dubi-
tantes de remissione peccatorum, gratia & salute nostra; justas tamen habe-
remus causas, cui ab Ecclesia infideli nos se jungemus. Nam dubitatio-
nis dogma tollit naturam fidei, arguit Deum mendacii, impedit
efficacem orationem, admittit solidam consolationem, reddit
conscientiam irquietam, enervat Sacramentorum efficaciam,
oritur ex corruptione carnis, est ignitum telum Dæmonis, signum
reprobationis, & mater desperationis, cui propterea cum Jobo
semper resistere, & ex vera animi πληφορia respondere debe-
mus: Novi, quod Redemptor meus vivit: In carne mea iterum videbo Deum,
Ego ipse visurus sum, & non aliud.

CV.

III. De optimo Christianorum solatio. Nul-
lum habere possunt efficacius, quam considerationem Christi Redem-
ptoris. Suo Jobus exemplo id docuit, qui animo tentatus, corpore
æger, ab amicis illusus, ab omnib. desertus, ex Redemptoris tame-
ntiuitate spem firmam & fidem vividam concepit, animosè dicens:

Sic nihilominus, quod Redemptor meus vivit. Licet vos me rideatis, licet mors exitium minetur, licet ab omnibus relinquatur; non tamen solus suus: habeo vindicem innocentiae meae: Redemptorem vivum habeo, qui me morti traditum in vitam rerocabit & eternam Gloriæ coronabit: O summum & efficacissimum solatum! Quid nobis deerit si Christum Redemptorem habeamus? Angunt te peccata? Redemptor est, Heb. 9. v. 12. De salute dubitas? Salvator est, Luc. 2. v. 17. Deum iratum sentis? Mediator est, 1. Timoth. cap. 2. vers. 6. Mortem times? Resuscitator est, Iohann. 6. 5. vers. 21. In Christo igitur Redemptore habemus omnia, imò nobis factas est omnia. Ipse noster medicus est, Exod. cap. 15. vers. 26. & sanabit. Noster pastor est, Psal. 23. v. 1. & cibabit. Noster sponsus est, Os. 2. v. 29. & amabit. Ipse noster Rex est, qui defendit; Magister, qui docet; Bajulus, qui portat; Excubitor, qui vigilat; Lux, quæ illuminat; Via, qua dirigit; & vita, quæ à morte liberat. O quanta hæc est dignitas, quantum solatum, in uno habere omnia! Letamini in hoc Domino, & exultate justi, Psal. 32. v. ult. Gaudete mandus ob suas divitias, & delitias: Nos exultabimus in Deo salutari nostro Luc. 1. v. 47. Ipse nos habet pro suis filiis, Ioh. 1. v. 12. pro fratribus Heb. 2. v. 12. Pro domestis Eph. 2. v. 19. pro regali sacerdotio 1. Pet. 2. v. 9. pro coheredibus, Rom. 8. v. 17. pro amicis, Cant. 2. v. 10. Ioh. 15. v. 14. imò pro papilla sua, Zach. 2. v. 8. Glorientur alij de dignitatibus, titulisque suis honorariis: Nos autem in Domino gaudemus & exultabimus in DEO IESU nostro! Habacuc 3. v. 19.

C VI.

De glorioſa Christi Reſurrectione. Hunc articulum Iudei contumaces & cæci Gentiles nolent credere, unde Augustinus scriptis lib. 16. contra Faustum c. 29: Mortuum Christum etiam pagani credunt, resurrexisse autem Christum, propria fides Christianorum est. Hæc confessio & Fides nostra per luculentam Iobi assertiōnē fatis confirmatur, dum, *sic*, inquit, *quod Redemptor meus vivit & novissimū super pulvrem stabit.* Non igitur mortuum habemus Messiam, sed vivum; non sepulchro clausum, sed terra die resurgentem, quod ipsum evincunt 1. Vaticinia Psal. 16. v. 10. Act. 2. v. 31. Psal. 110. v. 7. Es. 53. v. 10. II. Typi, ut Moysis Exod. 2. vers. 5. Samsonis, Iud. 16. v. 3. Davidis, 1. Sam. 17. v. 49. Iona c. 2. v. 1. Mat. 12. 40.

III. Predictiones Christi. Matth. 16. v. 21. Luc. 18. v. 31. Iohann. 2. v. 19.

L V,

IV. *Teslimonium Angelorum*, Luc. 24. v. 5, & mulierum v. 22. V. *Apparitiones Christi*, siquidem apparuit Maria Magdalena, Marci 16. v. 9, & alteri Mariæ, Matt. 28. v. 9. *Discipulis Emmaunticis*, Luc. 24. v. 31. i. Petro, i. Cor. 15. v. 5. *discipulis excepto Thomæ*, Joh. 20. v. 19. *iterum discipulis & Thomæ*, Jph. 20. v. 26. *Septem discipulis, qui pescabantur*, Joh. 21. v. 1. Iacobo i. Cor. 15. v. 7. *omnibus discipulis in monte*, Matth. 28. v. 16. & rursus in monte olivarum, Act. 1. v. 12. Stephano Act. 7. v. 56. Paulo, Act. 9. v. 2. C. 22. v. 17. C. 23. v. II. *Iohanni*, Apocalyp. 1. v. 13. VI. *Contrarij impossibilitas*, quia caro ejus fuit impolluta Psal. 16. v. 8. & vivifica, Iohann. 6. v. 33. Ipse Filius DEI erat, Ioh. 3. v. 16. & author virtutis Act. 3. v. 15. imò vita & resurrectione Ioh. II. v. 25. ipse debebat in æternum regnare. 2. Sam. 7. v. 13. 14. Psal. 45. v. 7. Dan. 7. v. 27. Luc. 1. v. 33. debebat semper intercedere, & tanquam sacerdos æternus apparere cotam DEO, Psal. 110. v. 4. Rom. 8. v. 34. debebat mortem vincere ac hostes nostros pudefacere, Osea 13. v. 14. 1. Cor. 15. v. 54. ideoque impossibile fuit, cum teneri à morte, Act. 1. v. 24. Cedit hoc omne in nostrum solarium & singularem fideli confirmationem. Hinc enim certi sumus de divinitate & potentia Christi, siquidem per resurrectionem declaratus est DEI Filius, Roman. 1. v. 4. Act. 13. v. 32. & omnium Creaturarum Dominus Rom. 14. v. 9. Certi sumus de perfecta satisfactione Christi. siquidem mors eum retinuerit captivum, nisi peccata omnia expiasset, unde propter justificationem nostri excitatus dicitur, Rom. 4. v. 25. Certi sumus de spirituali regeneratione nostra, quoniam ut è capite vivo, motus & sensus in quævis membra diffunditur; Sic Christus resuscitatus & Caput Ecclesiæ factus, vitam spiritualem singulis membris communicat, ut in novitate vite ambulare possint, Roman. 6. v. 4. Certi sumus de conservazione & defensione Ecclesie. Quia enim Rex ejus vivit & regnat in perpetuum, non utique deserta relinquetur, sed adversus omnes inferorum portas tutu conservabitur, Matth. 16. v. 18. Certi denique sumus, de applicatione omnium bonorum, quæ conferri non possent, si Mediator in morte mansisset, quo pacto inanis foret fides nostra, & adhuc essemus in peccatis i. Cor. 15. v. 14. 17.

CVII.

V. *De nostra resurrectione.* Duplex est mors hominis;

Prima in solutione corporis & animæ; Secunda, in æterna damnatio. De nostra
ne consistit, Apoc. 20. v. 6. Hinc duplex resurrectio requiritur: Altera resurrectio-

spiritualis, ne.

spiritualis, quando à peccatis surgimus ad pœnitentiam; Altera *Corda* pœnalis, quando è sepulchris prodibimus ad æternam gloriam. Utraq; est fructus resurrectionis Christi; utraque illam consequi debet. Surgamus ab antiqua infidelitate & malitia. In novitate vita ambulandum est, Rom. 6. v. 4. Christus pro nobis omnibus fuit mortuus, ut in posterum vivamus non nobis, sed ipsi, 2. Cor. 5. v. 15. Annón igitur deplorandum, quod Christo qui addicti esse volunt, cum Christo tamen non resurgent? Vivit caput: sed moriuntur membræ. Vigilat Dominus; sed dormiunt servi. Excitatus stat Rex Gloriæ; sed in peccatis hærent subditi; Ah dormitum satis est: Surgite tandem, peccatores. Surgite, qui dormitis, & Christus vobis illucet, Epheſ. 6. v. 14. Dedeceſt, sub capite vivo peccatis immori. Niſi partem habueritis in resurrectione prima, tandem vos abripier mors secunda. Non enim resurget olim ad gloriam, qui non resurrexit in hac vita per pœnitentiam. Præcedat resurrectio mystica; & subsequetur olim resurrectio glorioſa. Hanc sperare, & expectare possunt omnes illi, qui Christo vivunt, nec in peccatis perpetuò hærent. Nam resurrectio Capitis, pignus est nostræ reſuscitationis. Ut caput non est sine membris, sic Christus non erit sine suis fidelibus. Expiata sunt sceleræ, mortis stipendia, Roman. 6. verſu 33. Mors igitur in sepulchro nos detinere qui poterit? In Adam omnes morimur, sed in Christo omnes vivificabimur, 1. Corinθ. 15. verſu 22. Ut Adamus & ſibi & posteris amisi vitam: ſic Christus proſe & membris accepit gloriam. Vult enim, ut ubi ipſe eſt, ibi quoque ſint fidèles ipſius, Iohann. 17. verſu 24. Idem Spiritus in Christo & nobis habitat: Vitam igitur, quam operatus eſt in Capite, operabitur quoque in membris. Nec enim in nobis dormiet, qui in Christo fuit efficax, ſed unā vivificabit noſtra corpora, Roman. 8. verſu 11. Hæc ſpes, hoc gaudium noſtrum eſt, in quo ſtamus, & mala quævis intrepidè ſuſtinemus. Stabant Tyranni, rapiant, torqueant, occidunt: Christi membra ſumus, qui omnia oſta cuſtodiſt & reſtituet. Nil auferunt, niſi corpus Ψυχικὸν reddetur autem πνευματικόν. Privare nos poſſunt vita temporali & eaducā: ſed reſurgemus ad glorioſam & ſemper duraturam. Stare igitur & confor tamini: Vivit Redemptor vester, & vos mortuos vivificat.

Vivificabit: Bonum agōnem habitari est, in quo agone habet, D E V S vivus
est; et spiritus sanctus: corona aeternitatis, brabium: angelicae substantie,
politia in celo, Gloria in secula seculorum, ait Tertullianus ad martyres.

CVIII.

VI. De vera beatitudine. Hanc Jobus definit per visionem

Redemptoris sui, cum inquit: In Cæne mea videbo D E V M. Omnes De vera beatitudinem affectant, sed non omnes impetrant, quia in descriptu atitudine bendo & querendo errant. Datur beatitudo mundana, quæ tantum apparet: Datur Philosophica, quæ insufficiens: Datur Theologica, quæ sola vera & perfecta est. Mundana ponitur vel in divitijs, unde originatur genus hominum χρηματιστον; vel in delitijs, unde δολαριστον; vel in honoribus, unde πολιτον, quæ omnia felicitatis titulo sunt indigna, ideoque Jobus illa non attingere, sed silentio potius involvere voluit. Philosophica in continuato virtutis exercitio collatur, sed insufficiens recte dicitur, quia conscientiam non tranquillat, nec ullus reperitur, qui virtutem perfectè possideat. Theologica uno verbo nihil est aliud, quam Christi visio, quæ tamen multiplex est: 1. Typica, quæ V. T. propria, ubi Christus fuit præfiguratus per sacrificia, & visus in Spiritu, quo sensu de Abrahamo dicitur Ioben. 8. versu 56. Quod viderit diem Christi, & letatus sit. 2. Corporalis, quæ locum habuit tempore visibilis conversationis Christi in terris, de qua Luca 10. versu 23. Hæc autem sola non reddit beatos, quia & Judæi viderunt Christum corporaliter, neque tamen ob id felices censeri possunt. 3. Spiritualis, quæ fit fide, quando oculus cordis elevatur in Christum, veraque fiducia apprehendit ejus meritum. Hæc visio in præsenti vita nos beatos efficit, siquidem nulla est major felicitas, quam Christum agnoscere, & frui beneficiis per ipsum acquisitis. 4. Gloriosa & Celestis, ubi Christum cognoscemus plenè, & intuebitur de facie ad faciem, i. Corinth. 13. versu 12. sicuti est: 1. Iohann. 3. versu 2. Nunc quidem videmus in spe, tunc autem videbimus in re. Nunc posteriora cum Mose, Exod. 33. versu ult. tunc faciem ipsam cum Iobo conspicabimur; Tunc non oblique radios aliquos, sed ipsam lucem videbimus, immo in luce erimus, ut & ipsi luceamus in æternum.

Hec

Hæc beata visio, præcipua æternæ felicitatis pars est; quippe præsupponens & includens omnia beneficia, quæ futura in cœlis speramus. Erit ibi 1. privatio omnis mali, quia triste nil videbitur, gemitus numquam audietur, & dolor nullus sentietur. Erit 2. omnis boni positio, quod spectat partim majestas domiciliij, quod erit cœlum, sedes illa beatissima & jucundissima: partim dignitas, tum animæ, quæ prædicta erit sapientia & justitia; tum corporis, quod agilitate, impossibilitate, subtilitate & immortalitate induetur: partim actionum jucunditas, quia ibi erimus locyselos Matth. 22. v. 30. erimus Reges & Sacerdotes, Apocalyp. i. v. 6. ibi cum Beatis vacabimus, & Deum videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus, inque ipso tanquam summo bono acquisicemus. O Beatos oculos, quibus hæc videre continget! Quis non eò suspireret, nec Jubilæum istum patienter expectet? Fiat de nobis, quod manus Domini fieri decrevit; attenuem Beati erimus. Rideamur à mundo, prematur ab impijs; beati erimus. Tentemur à Diabolo, abripiantur à morte, non timebimus, quia beati erimus, visuri DEUM, quem non videbunt impij; & audituri talia, quæ non audient inimici nostri. Valeat ergo mundus, facessant delitiae seculares; hæc nostra est beatitudo, quod Christum hic per fidem intuemur, & illic de facie ad faciem contemplabimur. Ad te igitur, CHRISTE JESU, Redemptor vive & unice, ad te, inquam, Clamamus redemitui, sed & nunc exules tui, quos pretioso sanguine redemisti: Exaudi nos DEVIS salutariis noster, Spes omnium finium terre. In mari turbulentio versamur: Tu in littore stans aspicis pericula nostra; Salvos fac nos propter nomen tuum. Da nobis Domine, inter Scyllam & Charybdim itare tendere & tenere medium, ut utroq; periculo evitas, salvâ nave & mercibus securi perveniamus ad portum. Tibi Redemptori & vindici nostro semper benedictio sit εὐλογία & æterna gratiarum actio,

A M E N.

F I N I S.



Augustin.
in Solilo-
quijs C. 35.

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
8	7	6	5	4	3	2	1	0

B.I.G.

s JOBI
TO, RE.
E VIVO, ET
TAM REVOCANTE,
seqq. descripta.

equa,
te Altissimo,
Vitt. Academia,
RESIDIO
RIS MEISNERI
D. & Profes. Publ.

DENTE
ONE LENZIO

disputabitur 19. Januarij,
. matutinis.

EBERGÆ,
nis Gormanni

DC. XVI.

T A 62 (8)